STATUS
PERSONALIS ET LOCALIS

ARCHI-DIOECESEOS

GORITIENSIS

INEUNTE ANNO

1899

GORITIAE
Typis Hilarianis edit.
1898.

Patronus Comitatus Goritiensis et Gradiscani:

S. Joseph, Sponsus B. M. V.

(19. Martii.)

Patroni Archi-Dioeceseos:

Sancti Martyres

Hermagoras et Fortunatus.

(12. Julii.)

Patroni Eccl. Metrop. et Civit. Goritiensis:

Sancti Martyres

Hilarius et Tatianus.

(16. Martii.)

SANCTA ROMANA ECCLESIA.

SUMMUS PONTIFEX

LEO XIII,

JESU CHRISTI VICARIUS, PRINCIPIS APOSTOLORUM SUCCESSOR, PATRIARCHA OCCIDENTIS, PRIMAS ITALIAE, ARCHIEPISCOPUS ET METROPOLITA PROVINCIAE ROMANAE, EPISCOPUS ROMAE;

antea

JOACHIMUS PECCI,

Natus Carpineti, Dioecesis Anagnin.. 2. Martii 1810, Presbyter 31. Decembris 1837, Archiepiscop. tit. Damiaten. praeconisatus 27. Januar. 1843, consecratus 19. Febr. 1843, Episcopus Perusinus 19. Januarii 1846, Cardinalis creatus et publ. 19. Decemb. 1853, in S. Petri Successorem electus 20. Februarii, coronatus 3. Martii 1878.

SACRUM COLLEGIUM.

I.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinales Episcopi.

1. **Aloysius Oreglia di Santo Stefano,** natus in Bene Vagienna (D. Mondovi) 9. Julii 1828, Cardinalis 22. Decembris 1873, Decanus S Collegii, *Episcopus Ostiensis et Veliternensis.*

2. **Lucidus Maria Parocchi,** natus Mantuae 13. Augusti 1833, Cardinalis 22 Junii 1877, Subdecanus S. Collegii, *Episcopus Portuensis et S. Rufinae,* Vicar. gen. S. S.

3. **Seraphinus Vannutelli,** natus in Genazzano (D. Praenestinae) 25. Nov. 1834, Cardinalis 14. Martii 1887, *Episcopus Tusculanus.*

4. **Marius Mocenni,** natus in Montefiascone (D. Viterbien.) 22. Januarii 1823, Cardinalis 16. Januarii 1893, *Episcopus Sabinensis* et Abbas commend. S. Mariae di Farfa.

5. **Isidorus Verga,** natus in Bassano in Teverina (D. Orte) 29. Aprilis 1832, Cardinalis 10. Nov. 1884, *Episcopus Albanensis.*

6. **Camillus Mazzella,** e Societate Jesu, natus in Vitulano (D. Beneventan.) 10. Febr. 1833, Cardinalis 7. Junii 1886, *Episcopus Praenestinus.*

II.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinales Presbyteri.

1. **Mieczislaus Ledóchowski,** natus in Gorki (D. Sandomir) 29. Octobris 1822, Cardinalis 15. Martii 1875. (*S. Laurentii in Lucina.*)

2. **Aloysius de Canossa,** natus Veronae 20. Aprilis 1809, Cardinalis 12. Martii 1877. (*S. Marcelli*), Episcopus Veronensis.

3. **Americus Ferreira dos Santos Silva,** natus in Porto 16. Jan. 1829, Cardinalis 12. Maji 1879. (*SS. Quatuor Coronatorum*), Episcopus Portugalien.

4. **Josephus Sebastianus Netto,** O. Fratr. Min. S. Fr., natus in Lagis (D. Pharonen.) 8. Febr. 1841, Cardinalis 24. Martii 1884. (*SS. XII. Apost.*), Patriarcha Lisbonen.

5. **Petrus Jeremias Michaelangelus Celesia,** O. S. Benedicti, natus Panormi 13. Jan. 1814, Cardinalis 10. Novemb. 1884, (*S. Marci*), Archiepiscopus Panormitanus.

6. **Alphonsus Capecelatro,** Congr. Orator., natus Massilliae 5. Febr. 1824, Cardinalis 27. Julii 1885. (*S. Mariae de Populo*), Archiepiscopus Capuanus.

7. **Patricius Franciscus Moran,** natus in Leighlinbridge (D. Kildariensis in Hibernia) 17. Septembris 1830, Cardinalis 27. Julii 1885. (*S. Susannae*), Archiepiscopus Sydneyensis.

8. **Alexander Taschereau,** natus in S. Maria de la Beauce (D. Quebec) 17. Febr. 1820, Cardinalis 7. Junii 1886. (*S. Mariae de Victoria*), Archiepiscopus Quebecensis.

9. **Benedictus Maria Langénieux,** natus in Villefranche sur Rhône (D. Lugdunensis) 15. Octobris 1824, Cardinalis 7. Junii 1886. (*S. Joannis ad Portam Latinam*), Archiepiscopus Rhemensis.

10. **Jacobus Gibbons,** natus in Baltimore 13. Julii 1834, Cardinalis 7. Junii 1886. (*S. Mariae trans Tiberim*), Archiepiscopus Baltimorensis.

11. **Cajetanus Aloisi-Masella,** natus in Pontecorvo 30. Septembris 1826, Cardinalis 14. Martii 1887. (*S. Praxedis*).

12. **Marianus Rampolla del Tindaro,** natus in Polippi (D. Cefalù) 17. Aug. 1843, Cardinalis 14. Martii 1887. (*S. Caeciliae*).

13. **Augustinus Bausa,** Ord. Praedicatorum, natus Florentiae 18. Aug. 1821, Cardinalis 23. Maji 1887. (*S. Sabinae*), Archiepiscopus Florentinus.

14. **Franciscus Maria Richard,** natus in Nantes 9. Martii 1819, Cardinalis 24. Maji 1889. (*S. Mariae in Via*), Archiepiscopus Parisiensis.

15. **Petrus Lambertus Goossens,** natus in Perk (D. Mechliniensis) 18. Junii 1827, Cardinalis 24. Maji 1889. (*S. Crucis in Jerusalem*), Archiepiscopus Mechliniensis.

16. *Franciscus Paulanus Schönborn,* natus Pragae 24. Januarii 1844, Cardinalis 24. Maji 1889. (*SS. Joan. et Pauli*), Princeps-Archiepiscopus Pragensis.

17. *Vincentius Vannutelli,* natus in Genazzano (D. Praenestinae) 5. Dec. 1836, Cardinalis in petto 30. Dec. 1889, publicatus 23. Junii 1890. (*S. Silvestri in Capite*).

18. *Sebastianus Galeati,* natus Imolae 8. Februarii 1822, Cardinalis 23. Junii 1890. (*S. Laurent. in Panisperna*), Archiepiscopus Ravennatensis.

19. *Antonius Josephus Gruscha,* natus Viennae 3. Nov. 1820, Cardinalis 1. Junii 1891. (*S. Mariae de Angelis*), Princeps-Archiepiscopus Viennensis.

20. *Angelus di Pietro,* natus in Vivaro (D. Tiburtin.) 20. Maji 1828, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*SS. Bonifacii et Alexii*).

21. *Philippus Krementz,* natus in Coblenz (D. Trevirensis) 1. Dec. 1819, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*S. Chrysogoni*), Archiepiscopus Coloniensis.

22. *Michael Logue,* natus in Raphoe 1. Octobris 1840, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*S. Mariae de Pace*), Archiepiscopus Armacan.

23. *Claudius Vaszary,* O. S. B., natus in Keszthely (D. Veszprimiensis) 12. Febr. 1832, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*SS. Silvestri et Martini*), Archiepiscopus Strigoniensis.

24. *Herbertus Vaughan,* natus in Cloucester (D. Chiffoniensis) 15. Apr. 1832, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*SS. Andreae et Gregorii in monte Coelio*), Archiepiscopus Westmonasteriensis.

25. *Georgius Kopp,* natus in Duderstadt (D. Hildesheim.) 26. Julii 1837, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*S. Agnetis extra muros*), Princeps-Episcopus Vratislaviensis.

26. *Adolphus Ludovicus Albertus Perraud,* C. Orat., natus Lugduni 7. Februarii 1828, Cardinalis in petto 16. Januarii 1893, publicatus 29. Novembris 1895, (*S. Petri in vinculis*), Episcopus Augustodunensis.

27. *Victor Lucianus Sulpicius Lécot,* natus in Montscout-Lizerolles (D. Suessionen.) 8. Januarii 1831, Cardinalis 12. Junii 1893. (*S. Pudentianae*), Archiepiscopus Burdigalensis.

28. *Laurentius Schlauch,* natus in Uj-Arad (D. Csanad.) 27. Martii 1824, Cardinalis 12. Junii 1893 (*S. Hieronymi Slavor.*), Episcopus Magno-Varadinen. Latinorum.

29. *Josephus Sarto,* natus in Riese (D. Tarvisin.) 2. Junii 1835, Cardinalis 12. Junii 1893. (*S. Bernardi ad Thermas*), Patriarcha Venetiarum.

30. *Ciriacus Maria Sancha y Hervas,* natus in Quirtana del Pidio (D. Oxomen.) 17. Junii 1838. Cardinalis 18. Maji 1894. (*S. Petri in Montorio*), Archiepiscopus Toletanus.

31. *Dominicus Svampa,* natus in Montegranaro (D. Firman.) 13. Junii 1851, Cardinalis 18. Maji 1894. (*S. Onofrii*), Archiepiscopus Bononiensis.

32. *Andreas Ferrari,* natus in Protopiano (D. Parmen.) 13. Augusti 1850, Cardinalis 18. Maji 1894. (*S. Anastasiae*), Archiepiscopus Mediolanensis.

33. *Franciscus Satolli,* natus in Marsciano (D. Perus.) 21. Julii 1839, Cardinalis 29. Nov. 1895. (*S. Mariae in Ara Coeli*).

34. *Joannes Haller,* natus ad S. Martini in Passeier (D. Tridentin.) 30. Aprilis 1825, Cardinalis 29. Novembris 1895. (*S. Bartholomaei in insula*), Princeps-Archiepiscopus Salisburgensis.

35. *Antonius Maria Cascajares y Azara,* natus in Calanda (D. Caesaraugustan.) 2. Maji 1834, Cardinalis 29. Nov. 1895. (*S. Eusebii*), Archiepiscopus Vallisoletanus.

36. *Hieronymus Maria Gotti,* Ord. Carmel., natus Genuae 29. Martii 1834, Cardinalis 29. Nov. 1895. (*S. Mariae della Scala*).

37. *Salvator Cassanas y Pagés,* natus in Barcinonae 5. Sept. 1834, Cardinalis 29. Novembris 1895. (*SS. Quirici et Julittae*), Episcopus Urgellensis.

38. *Achilles Manara,* natus Bononiae 20. Novembris 1829, Cardinalis 29. Novembris 1895. (*S. Pancratii*), Episcopus Anconitanus et Humanus.

39. *Dominicus Jacobini,* natus Romae 3. Septembris 1837, Cardinalis 22. Junii 1896. (*SS. Marcellini et Petri*).

40. *Antonius Agliardi,* natus in Colongo al Serio (D. Bergomensis) 4. Septembris 1832 Cardinalis 22. Junii 1896. (*SS. Nerei et Achillei*).

41. ***Dominicus Ferrata,*** natus in Gradoli (D. Montefiascone) 4. Martii 1847, Cardinalis 22. Junii 1896. (*S. Priscae*).

42. ***Seraphinus Cretoni,*** natus in Soriano (D. Hortan.) 4. Septembris 1833, Cardinalis 22. Junii 1896. (*S. Mariae sopra Minerva*).

43. ***Josephus Prisco,*** natus in Boscotrecase (D. Neapolitan.) 8. Sept. 1836, Cardinalis 30. Novembris 1896. (*S. Xysti*), Archiepiscopus Neapolitanus.

44. ***Josephus Maria Martin de Herrera y de la Iglesia,*** natus in Aldeadávila de la Ribera (D. Salamantin.) 26. Augusti 1835, Cardinalis 19. Aprilis 1897, Archiepiscopus Compostellan.

45. ***Petrus Hercules Coullié,*** natus Parisiis 14. Martii 1829, Cardinalis 19. Aprilis 1897, Archiepiscopus Lugdunen.

46. ***Josephus Guillelmus Labouré,*** natus in Achiet-le-Petit (D. Atrebaten.) 27. Octobris 1841, Cardinalis 19. Aprilis 1897, Archiepiscopus Rhedonen.

47. ***Guillelmus Maria Romanus Sourrieu,*** natus in Aspet (D. Tolosan.) 27. Februarii 1825, Cardinalis 19. Aprilis 1897, Archiepiscopus Rothomagen.

III.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinales Diaconi.

1. ***Theodulphus Mertel,*** natus in Allumiere (D. Centumcellarum) 9. Febr. 1806, Cardinalis 15. Martii 1858. (*S. Laurentii in Damaso*), Vice-Cancellarius S. Romanae Ecclesiae.

2. ***Aloysius Macchi,*** natus Viterbii 3. Martii 1832, Cardinalis 11. Febr. 1889. (*S. Mariae in via lata*).

3. ***Andreas Steinhuber,*** e Societate Jesu, natus in Utlau (D. Passaviensis) 11. Novembris 1825, Cardinalis in petto 16. Januarii 1893, publicatus 18. Maji 1894. (*S. Agathae in Suburra*).

4. ***Franciscus Segna,*** natus in Poggio Ginolfo (D. Marsorum) 13. Aug. 1836, Cardinalis 18. Maji 1894. (*S. Mariae in Porticu*).

5. ***Raphael Pierotti,*** Ord. Praed., natus in Sorbano del Vescovo (D. Lucan.) 1. Januarii 1836, Cardinalis 30. Novembris 1896. (*SS. Cosmae et Damiani*).

CONSPECTUS HIERARCHIAE CATHOLICAE.

I. Summus Pontifex.

II. Sacrum Collegium:

Sedes Suburbicariae	6
Ecclesiae Titulares	53
Diaconiae	16

III. Sedes Patriarchales:

Ritus Latini	8
Rituum Orientalium	6

IV. Sedes Archiepiscopales:

Ritus Latini:

S. Sedi immediate subjectae	19
Cum Provinciis ecclesiasticis	155

Rituum Orientalium:

1. Cum Provinciis ecclesiasticis:

Ritus Armeni	1
Ritus Graeco-Rumeni	1
Ritus Graeco-Rutheni	1

2. Patriarchatibus subjectae:

Ritus Armeni	1
Ritus Graeco-Melchitici	3
Ritus Syriaci	3
Ritus Syro-Chaldaici	2
Ritus Syro-Maronitici	6

V. Sedes Episcopales:

Ritus Latini:

S. Sedi immediate subjectae 83
Suffraganeae in Provinciis eccl. 637

Rituum Orientalium:

1. S. Sedi immediate subjectae:

Ritus Graeco-Rutheni 2

2. Suffraganeae in Provinciis eccl.

Ritus Graeco-Rumeni 3
Ritus Graeco-Rutheni 6

3. Patriarchatibus subjectae:

Ritus Armeni 16
Ritus Coptici 2
Ritus Graeco-Melchitici 8
Ritus Syriaci 5
Ritus Syro-Chaldaici 9
Ritus Syro-Maronitici 2

VI. Sedes Nullius Dioeceseos:

Abbatiae 12
Archi-Abbatia 1
Archipresbyteratus 1
Prioratus 1
Praelaturae 2

Archidioecesis Goritiensis.

Summarius Conspectus historicus.

Archidioecesis Goritiensis olim ad Patriarchatum Aquilejensem pertinebat.

Cujus Patriarchatus initia ad ipsa Apostolorum tempora pertingunt. Primus enim, qui Aquilejensibus S. Evangelium praedicabat, S. Marcus Ev. fuit, qui jubente S. Petro Ap. circa an. 45. post Chr. n. eo se contulit et S. Hermagoram post se Episcopum reliquit (*circa an. 48.*).

Sanctus porro Hermagoras circa an. 70. glorioso martyrio coronatus est.

Ejus successor S. Hilarius (Helarus) fuit; quem alii in fine 1.[1] saeculi vixisse dicunt, alii vero die demum 16. Martii 285. martyrio occubuisse volunt.

Decursu saec. 4. Episcopos Aquilejenses jam Metropolitana dignitate fulgere videmus. Quibus postea, quum Gothi Italiae dominarentur, Patriarcharum titulus accessit.

Variae variis temporibus Patriarchatus Aquilejensis Sedes suffraganeae recensentur. In «Notitia» sub Papa Joan. XXII. confecta hae referuntur: «Mantuana, Cumana, Tridentina, Veronensis, Paduana, Vicentina, Tarvisina, Concordiensis, Cenetensis, Feltrensis, Belunensis, Polanensis vel Polensis, Parentina, Triestina vel Trigestina, Comaclensis vel Petensis, Capitis Istriae vel Justinopolitana, Marianensis, Civitatis Novae vel Emonensis».

Inter Praesules Aquilejenses praeter SS. Hermagoram et Hilarium eminent: S. Valerianus († *circa 389*), qui synodo 3. Sept. 381. celebrata Arianorum errores profligavit; dein S. Chromatius († *407*), pietate aeque ac doctrina insignis, doctissimisque illius temporis viris, in quibus S. Hieronymo, S. Ambrosio et S. Chrysostomo conjunctissimus; S. Nicetas († *485*), pastoralis sollicitudinis, prudentiae et sapientiae laude praecellens; S. Paulinus († *802*), qui contra Adoptianorum errores strenue decertavit et pro sanctae fidei praesertim per Carinthiam et Styriam propagatione plurimum laboravit; Beatus tandem Bertrandus († *1350*), Ecclesiae suae jurium invictus defensor, Beatissimaeque Virginis Mariae cultor eximius.

Sed si Ecclesia Aquilejensis gaudebat Praesulibus sanctis, dolebat inde a medio saec. 6. usque ad initium 8. etiam schismaticis, quum se illius temporis Patriarchae ob controversiam de «Tribus capitulis» a communione Sedis Romanae separassent.

Quae separatio etiam alius separationis causa fuit. Quum enim Albuino, rege Longobardorum, Italia superiore potito (*circa 568*) Aquilejenses in insulam Gradum aufugissent et, qui anno 607 electus est Patriarcha Aquilejensis in dicta insula residens, communionem cum Sede Romana restituisset, Schismatici alium sibi in civitate Aquilejensi constituerunt Patriarcham. Quamquam porro in Synodo Aquilejensi an. 700.

celebrata etiam Patriarchae schismatici cum Sede Romana reconciliati sunt, nihilominus etiam in posterum duo Patriarchatus perstiterunt, alius in insula Grado, saec. 15. Venetias translatus, Aquilejae alius. Quod in summum hujus detrimentum cessit.

Saeculo 11. Patriarchae Aquilejenses etiam Principes saeculares facti sunt, civitate Aquilejensi cum suo territorio eorum dominationi tradita.

Eodem saeculo magna ecclesia cathedralis, quae hodie Aquilejae parochialis est, in honorem B. M. V. exstructa et die 13. Julii 1031. a Patriarcha Poppone consecrata est.

Caeterum Patriarchae, qui jam pridem saepius a sua Sede exulare cogebantur (e. g. Aquileja ab Hunnorum rege Attila an. 452. eversa), vastata iterum a Longobardis civitate (*590*) primum in insula Grado, sequentibus vero temporibus ob aëris insalubritatem aliasque causas magnam partem Cormoni (Cormons), a saec. 8.-13. Forojulii, postea vero Utini residebant. Quam civitatem, ab imperatore Ottone I. dono habitam, deinde, Aquileja terraemotu disjecta (*1348*), et sui Principatus saecularis et Metropoliae Sedem fecerunt.

Quam porro ab imperatoribus acceperant dominationem saecularem, inde a saec. 15. paulatim Venetis cedere debuerunt; civitas vero Aquilejensis terraeque ad eam spectantes, ultimo Comite Goritiensi defuncto (*1500*), simul cum Comitatu Goritiensi dominio domus Austriacae subjecta est. Quod infinitis per plus duo saecula rixis inter domum Austriacam ex una, Patriarchas Aquilejenses Venetiarumque Rempublicam ex altera parte occasionem dedit.

Quum enim Patriarcharum jurisdictio spiritualis per totum Comitatum Goritiensem, per totam fere Carniolam magnamque Carinthiae et Styriae partem extenderetur, Veneti vero Sedem Patriarchalem quasi pro se occuparent, suisque rationibus politicis ducti

solos sine interruptione Venetos Patriarchas creandos curarent — nullo scil. ad domum Austriacam habito respectu, in cujus tamen ditione magna Patriarchatus pars sita erat — factum est (item ex rationibus politicis), ut Patriarchae ab exercitio suae jurisdictionis in terris Austriacis paulatim omnino prohiberentur. Quod, quamquam non deerant, qui jurisdictione sive a Patriarchis sive a S. Sede delegata rebus ecclesiasticis illis in regionibus providerent, tamen summas creare debuit difficultates.

Quibus difficultatibus ut efficaciter occurreretur, jam mox, ut Comitatus Goritiensis cum civitate Aquilejensi sub ditionem Austriacam venit, de erigendo Goritiae episcopatu cogitari coepit; imo sub Urbano Octavo etiam ab illius temporis Patriarcha Aquilejensi propositum fuit, eam Dioecesis partem, quae Austriacae ditioni subjecta erat, divellere ibique novum Episcopum Patriarchae suffraganeum constituere.

Ast quominus hoc ad effectum deduceretur, varia efficiebant impedimenta, et imprimis resistebant Veneti. Verebantur nimirum, ne aut splendor Patriarchatus aut potius proventus Patriarchae ac lucra Venetorum propterea minuerentur; quapropter hoc erigendi novi Episcopatus negotium quam diutissime suspensum et infectum remansit.

Creverunt tamen interim desideria dilata. Cujus rei testis inter alios est vir Goritiensis, Vitus Gullini, Parochus Hengspergensis (in dioec. Seccoviensi in Styria), qui in testamento suo omnia sua bona legaverat ad hoc, ut Goritiae episcopatus erigeretur; imprimis vero alius Goritiensis, Augustinus Lib. Bar. de Codelli, qui Imperatrici Mariae Teresiae octoginta millia florenorum in eundem finem obtulit palatiumque suum cum annexa capella publica et adjacente amplissimo horto pro futuri Episcopi Residentia destinavit. Quae fundatio diplomate caes. d. 8. Nov. 1747. confirmata est. Placet

apponere epitaphium hujus insignis Dioecesis Goritiensis benefactoris, prout legitur super ejus sepulcro in capella Archiepiscopali:

D. O. M.
HIC IACET
QUI MISERIME NATVS
IN JVVENTVTE
PAVPERIME EDVCATVS
IN AETATE
SVBLIME ELLEVATVS
IN MORTE
AD NIHILVM REDACTVS
A. C. D. F.[1])
OBYT LABACI
DIE XX. JVLLY
ANNO 1749.

Tum vero multo instantius Maria Teresia hoc maximi momenti negotium cum Summo Pontifice Benedicto XIV. tractandum suscepit. Qui litteris Apost. in forma Brevis, incip.: «*Omnium Ecclesiarum*» *dd. 29. Novembris 1749.*, ante omnia Vicarium Apostolicum in parte dioeceseos Aquilejensis domui Austriacae subjecta constituit, hujus rei causas fusius exponens in Allocutione habita in Consist. 1. Decembr. 1749. Deinde vero alio Brevi incip.: «*Postquam per alias nostras litteras*», *die 27. Jun. 1750.* dato, Carolum Michaelem e Comitibus ab Attems, Canonicum et Thesaurarium Ecclesiae Basileensis, dictum Vicarium Apostolicum deputavit, et, ut non solum actus jurisdictionis sed etiam ordinis exercere posset, die 15. Aug. 1750. etiam Episcopum Pergamenum i. p. inf. praeconizavit.

Quod tamen summum Venetorum odium in Ponficem excitavit, ita ut suum apud S. Sedem Legatum revocarent, Pontificis Nuntium Venetiis egredi juberent, et regum Galliae, Sardiniae, Prussiae et Angliae mediationem invocarent. Sed his omnibus non solum nihil

---

[1]) **Augustinus Codelli de Fahnenfeld.**

effecerunt, sed imo a Francorum rege Ludovico XV. consilium acceperunt, litibus et discordiis Patriarchatus suppressione finem tandem faciendi. Quod consilium, postquam omnia in vanum cesserunt, secuti Pontifici pro dicta suppressione scripserunt.

Itaque Bened. XIV. Brevi incip. «*Injuncta nobis*» *d. 6. Jun. 1751.* Patriarchatum et Sedem Aquilejensem perpetuo suppressit et exstinxit, ejusque loco Archiepiscopatus Goritiensem et Utinensem erexit, omnia, quae ad Sedem Goritiensem spectant, accuratius definiens Bulla «*Sacrosanctae militantis Ecclesiae*» *d. 18. April. 1752.*

Secundum has Apostolicas dispositiones Archidioecesi Goritiensi attributum est, quidquid ex terris Austriacis prius ad Patriarchatum Aquilejensem pertinuerat.

Suffraganei vero Goritienses constituti sunt: Episcopus Tridentinus et Tergestinus, Petenensis et Comensis.

Primus Archiepiscopus nominatus est, qui hucusque Vicarium Apost. egerat, Carolus Michael Com. ab Attems. Suae Sedis possessionem die 30. Julii 1752. cepit.

Qui quantus fuerit in perfungendo per viginti duos annos sacro ministerio, testes sunt posteris: quadraginta et ultra nova beneficia curata in Archidioecesi eo sollicitante condita, Seminarium dioecesanum (Carolinum), in domo, 13 millibus florenorum empta, ab eo erectum, ecclesia in honorem S. Car. Borom. ejus praecipue sumptibus penes dictum Seminarium exstructa, Mons pietatis, dioecesis saepius Evangelica solertia perlustrata, Synodus provincialis 1768. celebrata (licet illius Acta propter dissidia, inter Sacerdotium et Imperium desuper orta, publica luce donari non potuerint) et alia multa.

Quanti illum fecerit Imperatrix Maria Teresia, non tantum ex eo apparet, quod eum a Consiliis intimis

C. R. Majestatis nominavit, sed multo magis ex eo, quod, assumpto jam ad societatem imperii Josepho II., Archiepiscopum Attems die 7. Maii 1766. inter imperii Principes collocari jussit, et quidem ita, ut haec dignitas etiam ad ejus in Archiepiscopatu successores transire deberet. Obiit 18. Febr. 1774. et sepultus est in ecclesia Seminarii ab eo exstructa. Postea vero, dicta ecclesia per dispositiones Josephi II. profanata, ejus corpus inde elevatun et in ecclesiam Metropolitanam translatum est.

Primo Archiepiscopo successit Rudolphus Josephus Comes ab Edling, qui jam die 5. Febr. 1771. consecratus fuerat Episcopus Capharnai i. p. inf., et 27. Junii 1774. Archiepiscopus Goritiensis praeconizatus est.

Si quis alius, certe hic vir pietate, animarum zelo et Apostolica fortitudine eminet.

Qui, quum praeter Card. Migazzi, Archiepiscopum Viennensem, et Principem Eszterhazy, Primatem-Archiepiscopum Strigoniensem, unicus inter episcopos Austriacos sic dictum «Edictum tollerantiae» d. d. 13. Oct. 1781. publicare detrectasset, postquam 13. Martii 1782. Viennam ad se justificandum vocatus est, sequestratis 23. Martii 1784. ejus proventibus, die 10. Maii ejusdem anni Romam abire suoque Archiepiscopatu se abdicare coactus est. Abdicatione a Pio VI. tandem acceptata — priorem enim ejus resignationem, ex Imperatoris mandato jam an. 1783. datam, Pontifex Brevi 23. Nov. 1783. acceptare recusaverat — Romae vixit, unde tamen ex novo mandato Imperatoris sub finem mensis Martii 1787. iterum discedere et Laudem Pompejam (Lodi) in statibus Austriacis conferre se debuit. Hic ob vitae sanctimoniam et effusam in pauperes liberalitatem tam Clero quam populo acceptissimus erat, indeque bona sua, quae adhuc Goritiae propria possidebat, valoris circiter 8000 flor., Seminario dioecesano Goritiensi donavit. Mortuus est octogenarius in fama sanctitatis

die 8. Decembr. 1803. et sepultus in ecclesia S. Philippi Nerii Laude Pompeji.

Intra hoc tempus urgente Josepho II. (sub titulo scilicet concentrandarum magis dioecesium itaque efficacius promovendae religionis et animarum salutis) Bulla: «*In universa gregis Dominici cura*» *d. 8. Martii 1787.* suppressa fuit Archidioecesis Goritiensis et totaliter dismembrata, ita ut pars quidem ejusdem Episcopatui Seccoviensi, pars vero Gurcensi, pars item Lavantinae, exigua pars Brixinensi, pars autem maxima Labacensi, pars denique cum suppressis simul Episcopatibus Tergestino et Petenensi, qui tunc vacabat, Episcopatui Gradiscano proxime erigendo attributa et incorporata fuerit.

Episcopatus Gradiscanus proximo anno Bulla: «*Super specula militantis ecclesiae*» *d. d. 20. Aug. 1788.* erectus est et praeter dictos duos Episcopatus Comitatum Goritiensem et Gradiscanum, partes dioecesis Parentinae et Polensis, et tres Decanatus, tunc omnes Provinciae Carnioliae subjectos, nempe Vippacensem, Idriensem et Duinensem comprehendebat. (Ceterum Decanatus Idriensis, agente Praesule Labacensi, et favente Imperatore Josepho II., frustra se opponente Episcopo Gradiscano, paulo post, anno scil. 1791-1792, a Dioecesi Gradiscana abreptus et Dioecesi Labacensi junctus est.)

Suppresso porro A r c h i-Episcopatu Goritiensi de erigendo novo cogitandum erat, et prae omnibus civitas Graecensis in Styria praeferenda videbatur, ut, ubi regimen centrale Austriae interioris esset, ibi esset etiam Archiepiscopatus. Respectivum decretum caesareum 20. Nov. 1783. datum est. Restitit tamen Archiepiscopus Salisburgensis, ad cujus dioecesin tunc civitas Graecensis pertinebat, unde factum est, ut instante imperatore a Pio PP. VI. (Bulla incip.: «*In universa gregis Dominici cura d. 8. Mart. 1787.*) simul cum

suppressione Goritiensis, Sedes Labacensis ad Archiepiscopatum elevaretur, cui tanquam Sedi Metropolitanae unitus Episcopatus Segniensis et Modrussiensis necnon vigore supra cit. Bul. «*Super specula militantis ecclesiae*» Gradiscanus qua suffraganeus subjectus est. Bulla: «*Ad supremum*» *d. 7. Sept. 1797.* etiam Sedes Tergestina tanquam suffraganea Archiepiscopi Labacensis declarata est.

Nova Dioecesis Gradiscana per aliquod tempus, usque ad diem scil. 27. Aprilis 1789., in Spiritualibus ab Archiepiscopo Labacensi mediante Vicario Metropolitano regebatur.

Die autem mox dicta Franciscus Philippus e Comitibus ab Inzaghi, Styrus Graecensis, e suppresso Episcopatu Tergestino (cui per 17 annos sapientissime praeerat) ad Episcopatum Gradiscanum translatus, in ejus possessionem Gradiscae solemniter introductus fuit. Quia vero domus pro Residentia Episcopali destinata necdum comparata erat, et aptae pro Canonicis et Chori Vicariis habitationes Gradiscae non inveniebantur, Canonici quidem Goritiam reversi sunt, Episcopus autem Tergestum, quod jam Dioecesi Gradiscanae suberat, repetiit; unde usque ad an. 1792. Dioecesin Gradiscanam mediante suo Officio Episcopali, quod Goritiae consederat, gubernabat.

Urgebat quidem Josephus II. repetitis decretis, ut Episcopus cum Capitulo Gradiscam ad residendum repeteret; verum, quum Goritia Gradiscae pluribus ex titulis appareret praeferenda, haec eorum transmigratio semel atque iterum procrastinabatur. Interim vero 20. Febr. 1790. Josephus II. diem supremum clausit.

Josepho II. successit in imperio ejus frater Leopoldus II. Apud quem quum cives Tergestini vehementer instarent, ut proprius sibi iterum daretur Episcopus, novus Imperator votis eorum annuens cum Sede Apostolica egit, effecitque, ut ex Episcopatu

Gradiscano, paulo ante erecto, Tergestinus exscinderetur; quod factum est Pii VI. Bulla incip. «*Recti prudentisque consilii*» *d. 12. Sept. 1791.* Episcopatui Tergestino etiam suppressus pridem Episcopatus Petenensis incardinatus est. Eadem Bulla Sedes Gradiscana non suppressa quidem, utique vero ejus Cathedralitas unacum cum Episcopo et Capitulo Goritiam translata est, ita ut exinde Dioecesis ipsa *Goritiensis seu Gradiscana*, Episcopus item *Goritiensis seu Gradiscanus* fuerit nuncupandus.

In quorum executionem datus est Tergestinis Episcopus Sigismundus Comes de Hochenwarth, Goritiensibus vero Franciscus Philippus Comes ab Inzaghi, qui sui Episcopatus possessionem accepit die 12. Februarii 1792.

Sed dismembrationum dioecesis Goritiensis nondum finis. Postquam enim Galli, anno 1806. ad finem vergente, Provinciam Goritiensem secundo invaserunt, atque anno sequente partem illius trans Sontium sitam regno Italiae adjunxerunt, etiam Dioecesis Goritiensis an. 1808. mense Augusto 27 Parochias trans Sontium existentes Archiepiscopatui Utinensi cedere debuit, loco earum Territorio Monfalconensi, quod Monarchiae Austriacae cessum est et quatuor habebat Parochias, Episcopatui Goritiensi unito.

Eodem tempore, anno scil. 1807., Metropolia Labacensis Bulla: «*Quaedam tenebrosa*» Pii PP. VII. *d. d. 18. Sept. 1807.* iterum suppressa et tum Sedes Labacensis tum Sedes ei hucusque suffraganeae Sedi Apostolicae immediate subjectae sunt.

In primo Archiepiscopo Goritiensi laudatum est, illum domum presbyteralem erexisse. Proh dolor! Dioecesi suppressa etiam ipsa fini suo subtracta et recipiendis militibus destinata est. Die tandem 8. Decembris 1818. primae destinationi suae restituta iterum est, quum interim, qui militiam clericalem sequi vellent, partim

in Seminario generali Graecensi, partim Viennae vel Klagenfurthi vel Labaci studiis Theologicis incumbere debuerint.

Restitutum tamen Seminarium ita est, ut abhinc Seminarium *centrale* pro toto Litorali esset, videlicet pro dioecesi Goritiensi, Tergestino-Justinopolitana, Parentino-Polensi et Veglensi. Mirum hoc apparere debet eo, quod nullus tunc temporis nexus hierarchicus inter has Dioeceses existebat; proludebat tamen aliquo modo jam novo ordini, qui in fine tertii decennii hujus saeculi in hac parte statutus est.

Qui quidem novus Ordo in hoc constitit, ut Episcopatus Parentinus et Polensis unirentur (*1827*), itemque Justinopolitanus et Tergestinus (*1830*), cui ita unito praeterea suppressus Episcopatus Civitatis Novae (Cittanova) incardinatus est; ut porro supprimerentur Episcopatus Auxerensis (Ossero) et Arbensis et Sedi Veglensi attribuerentur (*1830*); ut tandem hae sedes ita ordinatae simul cum Episcopatu Labacensi Sedi Goritiensi, quae iterum ad dignitatem Archiepiscopalem evecta est (Bulla: «*Insuper*» *d. d. 27. Aug. 1827*, et alia *d. 3. Aug. 1830*) tanquam suffraganeae subjicerentur. (Conf. de nova dioecesium Illiricar. divisione etiam Bullam: «*Locum B. Petri*» Leon. XII.) 1828

Dolendum id unum, occasione restituti Archiepiscopatus Goritiensis iterum plures Parochias ab eo avulsas fuisse (Bulla: «*In supereminenti dignitatis specula*» Pii PP. VIII. *d. 6. Kal. Aug. 1830*). Occurrit menti imprimis Decanatus Vippacensis, qui, quamvis in Carniolia situs, tamen ex omni parte Goritiam potius spectat, quo versus vallis Vippacensis, contra reliquam Carnioliae partem undequaque montibus clausa, tota quanta aperta est.

Ceterum restituto Archiepiscopatu, Archiepiscopisque Metropolitis in «*Regno Illirico*» renuntiatis, non simul restitutus est etiam titulus «Principis», qui ab

Imperatrice Maria Teresia primo Archiepiscopo ejusque successoribus concessus erat. Eo titulo iterum insignitus est demum Archiepiscopus Franciscus Xav. Luschin, qui 9. Jan. 1835. designatus est Archiepiscopus Goritiensis; ex illoque tempore etiam ejus successores ita nominantur.

Ex sequentibus annis, missis aliis, id unum adhuc commemoretur, anno 1857. opitulante Imperatore Ferdinando I. ejusque Conjuge Maria Anna necnon Cleri dioecesani adminiculis a Principe-Archiepiscopo Andrea Gollmayr erectum fuisse etiam Seminarium puerorum (Andreanum), quod sicubi, certe in hac Dioecesi summae necessitatis est.

Sed haec hucusque. Dederit Deus, ut Dioecesis, brevi subsitentiae suae tempore tot tantasque perpessa vicissitudines et commutationes, incommutata semper ac uberrima perfrui mereatur SS. Cordis Jesu tutela atque benedictione!

SERIES ANTISTITUM
Aquilejensium et Goritiensium.

Series Antistitum Aquilejensium.

*Anni asterisco * notati certe determinari nequeunt.*

	Ab anno	Ad annum
1. Episcopi.		
1. S. Hermagoras, Germanus . . .	63*	—
2. S. Hilarius seu Helarus, Aquilejen.	—	90*
3. Chrysogonus I., Graecus . . .	—	—
4. Chrysogonus II., Graecus . . .	—	—
5. Agapitus	—	—
6. Theodorus	314	—
7. Benedictus	—	—
8. Fortunatianus, Afer	347	—
2. Archiepiscopi.		
9. S. Valerianus, Gallus	369*	389*
10. S. Chromatius, Aquilejensis . .	389*	407*
11. Augustinus, Beneventanus . . .	407*	—
12. Adelphus seu Delfinus, Altinus .	434*	—
13. Maximus	—	—
14. Januarius, e Pola in Istria . . .	444	447
15. Secundus, Salicus	451	454*
16. S. Nicetas, Graecus	454	485
17. Marcellianus, Graecus	485*	—

			Ab anno	Ad annum
18. Marcellinus, Romanus			500*	515
19. Stephanus, Mediolanensis . . .			521*	—
20. Macedonius			529	—
3. Patriarchae.				
Schismatici.		**Orthodoxi.**		
21. Paulinus I. seu Paulus, Rom.		— — —	557	569
22. Probinus, Beneventanus .		— — —	569	571
23. Elias, Graecus		— — —	571	586
24. Severus, Ravennas . . .		— — —	586	607
Aquilejae.		**In insula Grado.**	*(Schismatici.)*	
25. Joannes I., Aquilejensis . .	607	Candidianus, Ariminensis	607	—
26. Marcianus, Piranensis . .	612	Epiphanius, e Castro Umago in Istria	—	—
	613	Cyprianus, Polanus		
27. Fortunatus . .	628	Primogenius, Aretin.	628	—
28. Felix . . .	648	Maximus, Dalmata	—	—
29. Joannes II. .			—	—
30. Joannes III. .	668	Stephanus, Parentinus	—	—
	673	Agatho, Justinopolitanus		
	685	Christoph., Polanus.		

	Ab anno	Ad annum
Orthodoxi, Schism. sublato, Aquilejae.		
31. Petrus I., Polanus	698	711
32. Serenus	711	717
33. Calistus	717*	737*
34. Sigvaldus, Forojuliensis	762*	776
35. S. Paulinus II., Forojuliensis . .	776	802
36. Ursus I. qui et Urbanus . . .	—	811*
37. Maxentius	811*	—
38. Andreas, Forojuliensis	—	847
39. Venantius, Italus	847*	850*
40. Teutimarus, Germanus	850*	871*
41. Lupo seu Lupus I.	871*	874*
42. Valpertus	875*	901*
43. Fridericus I. . , ...	901*	—
44. Leo, Forojuliensis	928	—
45. Ursus II.	931	—
46. Lupo seu Lupus II.	—	—
47. Hengelfredus, Germanus . . .	—	—
48. Rodoaldus, Germanus . . . . -	963	—
49. Joannes IV., Ravennas	984	—
50. Popo vel Wolfgangus, Germanus	1019	1042
51. Eberardus, Germanus	1042	1049
52. Goteboldus, Germanus	1049	—
53. Ravengerus s. Ravenger, German.	—	1068
54. Sigeardus e Comitibus de Pleien, Germanus	1068	1077
55. Henricus, Germanus	1077	1084
56. Fridericus II., Slavus	1084	1085
57. Uldaricus I., e Ducibus Carinthiae, qui et Volricus, Voldaricus . .	1085	1122*
58. Gerardus, Forojuliensis	1122	1128
59. Peregrinus I., e Ducibus Carinth.	1132	1161
60. Uldaricus II., e Comit. de Treven	1161	1182

	Ab anno	Ad annum
61. Gotefredus	1182	1195
62. Peregrinus II.	1195	1204
63. Volcherus de Laubrechtskirchen, Germanus	1204	1218
64. Bertoldus ab Andechs	1218	1251
65. Gregorius de Montelongo, Campanus	1251	1269
Sedes vacabat	1269	1273
66. Raimundus Turrianus, Mediolan.	1273	1299
67. Petrus II. Gera, Ferentinas . .	1299	1301
68. Ottobonus de Razzis, Placentinus	1302	1315
69. Gastonus Turrianus, Mediolanen.	1316	1318
70. Paganus Turrianus, Mediolanensis	1319	1332
Sedes vacabat	1332	1334
71. B. Bertrandus e Comitibus S. Genesii, Gallus	1334	1350
72. Nicolaus, Joannis Regis Bohemiae filius	1350	1358
73. Ludovicus Turrianus	1358	1365
74. Marquardus de Randeck, Augustanus	1365	1381
75. Philippus de Alençonio, Gallus .	1381	1387
76. Joannes V. e Marchionibus Moraviae	1387	1394
77. Antonius I. Cajetanus, Romanus	1395	1402
78. Antonius II. de Portogruaro — Antonius III. da Ponte, Venetus	1402	1408
79. Ludovicus II. Teckius, Hungarus	1408	1435
Sedes vacabat	1435	1439
80. Ludovicus III. Card. Scarampus Mediarota, Patavinus 1439. — Alexander e Ducibus Massoviae, Polonus	1439	1465
Sedes vacabat	1465*	1471

	Ab anno	Ad annum
81. Marcus I. Card. Barbus, Venetus	1471	1491
82. Hermolaus I. Barbarus, Venetus	1491	1493
83. Nicolaus II. Donatus, Venetus .	1493	1497
84 Dominicus Card. Grimanus, Venet.	1498	1517
85. Marinus Card. Grimanus, Venetus	1517	1546
86. Joannes VI. Grimanus, Venetus .	1546	1592
87. Franciscus Barbarus, Venetus .	1592	1616
88. Hermolaus II. Barbarus, Venetus	1616	1622
89. Antonius IV. Grimanus, Venetus	1622	1628
90. Augustinus II. Gradonicus, Venet.	1628	1629
91. Marcus II. Gradonicus, Venetus .	1629	1656
92. Hieronymus Gradonicus, Venetus	1656	1657
93. Joannes II. Card. Delfinus, Venet.	1657	1699
94. Dionysius Delfinus, Venetus . .	1699	1734
95. Daniel Card. Delfinus, Venetus .	1734	1751

Series Antistitum Goritiensium.

	Ab anno	Ad annum
I. Archiepiscopi S. R. I. Principes.		
1. Carolus Michaël e Comit. ab Attems, Goritiensis	1752	1774
2. Rudolphus Josephus e Comit. ab Edling, Goritiensis	1774	1784
	(obiit	1803)
II. Episcopi Goritienses seu Gradiscani.		
3. Franciscus Philipp. e Comit. ab Inzaghi, Styrus (1788-1792 Episcopus Gradiscanus)	1792	1816
4. Josephus Walland, Carniolus . .	1819	1830
III. Archiepiscopi Metropolitae in regno Illyrico.		
Josephus Walland, qui supra . .	1830	1834
(*Principes-Archiepiscopi.*)		
5. Franciscus Xaverius Luschin, Carinthius	1835	1854
6. Andreas Gollmayr, Carniolus . .	1855	1883
7. Aloysius Zorn, Goritiensis . . .	1883	1897
8. Jacobus Missia, Styrus	1898	

ORDINARIUS.

CELSISSIMUS, EXCELLENTISSIMUS ET REVERENDISSIMUS DOMINUS

JACOBUS MISSIA

PRINCEPS-ARCHIEPISCOPUS,
METROPOLITA,
S. CAES. ET REG. APOST. MAJESTATIS
CONSILIARIUS INTIMUS ACTUALIS,
EQUES AUSTR.-CAES.
ORD. CORONAE FERREAE I. CLASSIS,
S. THEOLOGIAE DOCTOR,
ETC. ETC. ETC.

Natus ad S. Crucis prope Luttenberg in Styria die 30. Junii 1838; Sacerdos ordinatus Romae die 30. Maii 1863; Princeps-Episcopus Labacensis designatus suprema Resolutione de die 14. Junii 1884; die 10. Novembris a S. Sede confirmatus; consecratus Graecii die 7. Decembris 1884 et die 14. ejusdem mensis inthronizatus. — Supr. Resol. d. 12. Dec. 1897 nominatus Princeps-Archiepiscopus Goritiensis, praeconizatus die 24. Martii, inthronizatus die 22. Maii 1898.

EPISCOPI SUFFRAGANEI
Metropoliae Goritiensis.

EPISCOPUS ECCL. PARENTINAE et POLENSIS
(cum animabus 114.779):

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus

JOANNES BAPT. FLAPP,

Eques Austr.-Caes. Ord. Coronae ferreae II. Classis, S. Theologiae Doctor etc.

Natus Cormontii in Archid. Goritiensi die 18. Aprilis 1845; Sacerdos ordinatus 19. Septembris 1868; Episcopus Parentino-Polensis suprema Resolutione die 28. Octobris 1884 designatus; die 13. Novembris 1884 a S. Sede confirmatus; Goritiae die 4. Januarii 1885 consecratus; die 15. Martii e. a. Sedis episcopalis Parentinae et 24. Maji Polensis solemnem possessionem adiit.

EPISCOPUS ECCL. TERGEST. et JUSTINOP.
(cum animabus 356.801):

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus

ANDREAS STERK,

Cruce aurea cum Corona pro meritis insignitus, etc.

Natus Voloscae die 28. Novembris 1827; Sacerdos ordinatus die 24. Septembris 1853; Episcopus Veglensis suprema Resolutione de die 26. Januarii 1894 designatus, die 18. Maji a S. Sede confirmatus; Tergesti die 24. Junii consecratus, die 26. Augusti solemnem possessionem Sedis episcopalis adiit. — Resolutione suprema die 1. Junii 1896 pro Sede episc. Terg. et Just. designatus, die 25. Junii 1896 a S. Sede confirmatus, 8. Septembris Sedis episcopalis Tergest. et 18. Octobris Justinop. solemnem possessionem adiit.

EPISCOPUS ECCLESIAE VEGLENSIS

(cum animabus 55.709):

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus

ANTONIUS MAHNIČ,

S. Theologiae Doctor etc.

Natus in Kobdil Archid. Goritiensis 14. Septembris 1850; Sacerdos ordinatus die 30. Augusti 1874; Episcopus Veglensis suprema Resolutione de die 22. Novembris 1896 designatus. die 3. Decembris 1896 praeconizatus, consecratus Goritiae die 7. Februarii 1897, die 26. Martii e. a. solemnem Sedis episcopalis possessionem adiit.

PRINCEPS-EPISCOPUS ECCL. LABACENSIS

(cum animabus 585.434):

Celsissimus et Reverendissimus Dominus

ANTON. BONAV. JEGLIČ,

S. Theologiae Doctor etc.

Natus in Begunje die 29. Maii 1850; Sacerdos ordinatus die 27. Julii 1873, consecratus episcopus tit. Siuniensis die 12. Sept. 1897. Princeps-Episcopus Labacensis suprema Resolutione die 11. Februarii 1898 designatus, praeconizatus die 24. Martii, inthronizatus die 22. Maii 1898.

CAPITULUM TERESIANUM

ECCLESIAE METROPOLITANAE

Canonici effectivi et Protonotarii Apostolici ad instar participantium.

Praepositus mitratus.

P. T. D. **Andreas** Jordan, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, c. r. provinc. consilii scholastici membrum. n. 1845, o. 1868.

(Patronus: Codelli L. B. de Fahnenfeld).

Decanus.

P. T. D. **Aloisius** Tomsig, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, consilii scholastici civit. Goritiensis membrum, Commissarius archieppalis pro examinibus cum magistris de doctrina christiana instituendis. n. 1847, o. 1869.

(Patronus: Marchio de Montecuccoli).

Scholasticus.

P. T. D. **Stephanus Bensa,** consistorii archieppalis Consiliarius actualis necnon Director cancellariae archieppalis, Eques Caes. - Austr. ord. Franc. Jos. n. 1829, o. 1851.

(Patronatus caesarei).

Canonici.

P. T. D. **Joannes Abram**, sacerd. jub., consistorii archieppalis Consiliarius actualis, c. et r. Cappellanus aulicus. n. 1813, o. 1839.

(Collationis liberae).

P. T. D. **Stephanus Kafol**, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Examinator prosynodalis. n. 1828, o. 1851.

(Patronatus caesarei).

P. T. D. **Antonius Zernitz**, consistorii archieppalis Consiliarius actualis. n. 1826, o. 1849.

(Patronatus caesarei).

P. T. D. **Franciscus Sedej**, S. Theol. Doct., Can. Theol., consistorii archieppalis Consiliarius actualis, c. r. provinc. consilii scholastici membrum necnon Commissarius archieppalis pro examinibus cum magistris de doctrina christiana instituendis, c. et r. Capellanus aulicus, Paroch. Eccl. Metr. et Decan. distr. Gorit. n. 1854, o. 1877

(Collationis liberae).

Canonici honorarii.

P. T. D. **Joannes Cumar**, sacerd. jub., consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Par.-Decan. emeritus. n. 1824, o. 1848.

P. T. D. **Joannes Wolf**, Parochus ad s. Ignatii Goritiae. n. 1835, o. 1859.

P. T. D. **Paulus Vredniček**, c. et r. Parochus Classis nav., S. S. Cubic., c. et r. Capellanus aulicus, hisp. Ord. «pro merito nav.» 3. Cl. insignitus, Cons. consist. ad hon. Dioec. Parentino-Polensis.

Consistorium Archiepiscopale.

PRAESES.

Cel.mus, Ill.mus ac Rev.mus Princeps-Archiep.

Consiliarii Consistoriales effectivi.

P. T. D. Andreas **Jordan**, Praep. ut supra.
« « « Aloisius **Tomsig**, Decan. ut supra.
« « « Stephanus **Bensa**, Scholasticus ut supra.
« « « Joannes **Abram**, Can. ut supra.
« « « Stephanus **Kafol**, Can. ut supra.
« « « Antonius **Zernitz**, Can. ut supra.
« « « Franciscus **Sedej**, Can. ut supra.
« « « Joannes **Cumar**, Can. honor. ut supra.
« « « Godofredus **Marschall**, Scholastic. Cap. Metr. Vien., Protonot. apost., Praep. inf. Ss. Salv., c. et r. Capellanus aul., S. Theol. Doct. etc.
P. T. D. Mathias **Kravanja**, Cancellarius ut infra.
« « « Josephus **Gabrievčič**, S. Theol. Doct. ut infra.
P. T. D. Dominicus **Alpi**, Profess. Theol. mor. ut infra.

Cancellaria Archiepiscopalis.

Director.

P. T. D. Stephanus **Bensa**, Scholasticus ut supra.

Cancellarius.

P. T. D. Mathias **Kravanja**, Cubicularius S. S. ad hon., consistorii archieppalis Consiliarius actualis et Revisor rationum ecclesiasticarum. n. 1832, o. 1856.

Secretarius.

D. Alexander **Zamparo**, Capellanus Archieppalis. n. 1865, o. 1888.

Cancellista.

P. Severinus **Fabiani**, Praef. stud. Andrean. ut infra.

Duo Cursores.

Capellanus Archieppalis.

D. Alexander **Zamparo**, Secretar. cancellar. archieppalis ut supra.

Examinatores prosynodales.

P. T. D. Stephanus **Kafol**, Can. ut supra.
« « « Josephus **Gabrievčič**, Prof. ut infra.
« « « Dominicus **Alpi**, Prof. ut infra.
Cl. D. Antonius **Gregorčič**, Prof. ut infra.
« « Aloisius **Faidutti**, Prof. ut infra.
« « Josephus **Pavlica**, Prof. ut infra.
« « Franciscus **Žigon**, ut infra.

Consiliarii Consistorii Archieppalis ad honores.

P. T. D. Andreas **Brezovščik**, Par. in Reifenb.
« « « Antonius **Cibič**, Decanus Černicae.
« « « Joannes **Filipič**, Decanus Lucinici.
« « « Antonius **Hvalica**, Decanus ad S. Petri.
« « « Franciscus **Ilovar**, Decanus Ampletii.
« « « Josephus **Kragelj**, Decanus Tuimini.
« « « Joannes **Lukežič**, Decanus Komeni.

P. T. D. Joannes **Mantoessi**, Dec. Montisfalc.
« « « Joannes **Murovec**, Decanus Circhinae.
« « « Georgius **Peternel**, Decanus Caporetti.
« « « Ferdinandus **De Posarelli**, Dec. Visci.
« « « Josephus **Skočir**, Decanus Duini.
« « « Joannes **Trevisan**, Decanus Gradiscae.
« « « Adam **Zanetti**, Decanus Flumicelli.
« « « Carolus **Zurman**, Decanus Cormontii.

Studium Theologicum

in Archiepiscopali Clericorum Seminario centr. Litoralis.

Director studii Theologici.

Cel.mus, Ill.mus ac Rev.mus Princeps-Archiep.

Vice-Director studii Theologici.

P. T. D. Josephus **Gabrievčič**, S. Theol. Doct., consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Examinator prosynodalis, Professor Hist. eccl. et Jur. can., Cubicularius S. S. ad hon., Director Sem. centralis, Commissarius archieppalis penes c. r. Gymn. necnon penes scholam real. n. 1840, o. 1863.

Professores.

P. T. D. Josephus **Gabrievčič**, Ss. Theol. Doct., ut supra.

P. T. D. Dominicus **Alpi**, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Examinator prosynodalis, Prof. Theol. Mor., Cubic. S. S. ad hon., Cruce «pro Ecclesia et Pontifice» insignitus. n. 1845, o. 1868.

Cl. D. Antonius **Gregorčič**, S. Theol. Doct., Examinator prosynodalis, Prof. Theol. Fundament. et Dogm., Deputatus ad consil. imp. et comitia provinc. n. 1852, o. 1875.

R. D. Thomas **Čerin**, Prof. Theologiae Pastoral. n. 1846, o. 1874.

Cl. D. Aloisius **Faidutti**, S. Theol. Doct., Examinator prosynodalis, Prof. Stud. Bibl. V. F. et Philos. n. 1861, o. 1884.

Cl. D. Josephus **Pavlica**, Sacr. canon. Doct., Examinator prosynodalis, Prof. Stud. Bibl. N. F. necnon Supplens Catech. et Paedagog. n. 1861, o. 1885.

Cl. D. Franciscus **Žigon**, Theol. Doct., Examinator prosynodalis, Prof. suppl. Theol. Fundament. et Dogm., Praef. Stud. et Biblioth. in Sem. centr. n. 1863, o. 1887.

Seminarium Theologicum Centrale

— CAROLINUM —

Pro Archidioecesi Goritiensi et pro Dioecesibus Litoralibus.

Director.

P. T. D. Josephus **Gabrievčič**, Ss. Theol. Doct. ut supra.

Director Spiritualis.

Cl. D. Jacobus **Brumat**, Ss. Theol. Doct. n. 1864, o. 1888.

Vice-Director et Oeconomus.

D. Petrus **Fabris**, Direct. schol. pop. emer. n. 1829, o. 1855.

Praefectus Studiorum et Bibliothecarius.

Cl. D. Franciscus **Žigon**, S. Theologie Doct. ut supra.

Alumni pro Archidioecesi Goritiensi . . . 34
« « Dioecesi Tergestino-Justinopol. 28
« « Parentino-Polensi 14
« « Veglensi 14

(Eorum nomina infra post Sacerdotes Curatos exhibebuntur).

Seminarium Puerorum

— ANDREANUM —

Unitum cum Werdembergico.

Director.

D. Franciscus **Castelliz**, Catecheta ut infra.

Praefecti.

P. Severinus **Fabiani**, O. S. Fr., Catecheta supplens et Exhortator in c. r. Gymn. inf., Cancellista Archieppalis. n. 1866, o. 1889.

D. Franciscus **Setničar**. n. 1875, o. 1898.

« Desiderius **Spagnul**, Stud. Theol. in Sem. Centrali.

(Alumnorum nomina infra post S. Theologiae Studiosos exhibebuntur).

Sacerdotes institutioni publicae in civit. Goritien. addicti.

In c. r. Gymnasio sup.

D. Franciscus **Cleri**, Professor Relig. et Exhortator. n. 1862, o. 1884.

In c. r. Schola Reali sup.

Cl. D. Hilarius **Zorn**, S. Theol. Doct., Prof. Relig. et Exhortator, Commissarius archieppalis pro examinibus, cum magistris de tradenda doctrina christiana instituendis. n. 1847, o 1872.

In c. r. Paedagogio feminili.

D. Franciscus **Castelliz**, Magister primar. et Catecheta, Director Sem. pueror., insignitus Cruce «pro Eccl. et Pont.» n. 1862, o. 1884.

In Provinciali Instituto Surdomutorum.

D. Fridericus **Lenardig**, Director et Catecheta. n. 1847, o. 1873.

In Scholis popularibus.

A. *In publicis.*

1. In c. r. Scholis exercitat. paedagog., alia pro pueris, pro puellis alia:
D. Andreas **Tabaj**, n. 1862, o. 1886.

2. In Scholis communal. pro pueris (via Edling, 6 Cl. — via Capella, 4 Cl.):
D. Joannes **Nanut**, n. 1865, o. 1890.

3. In Schola com. pro pueris (via Vogel, 4 Cl.):
Cl. D. Carolus Equ. de **Baubela**, Parochus ut infra.

4. In Schola com. pro puellis (Schola populari et civica 8 Cl. — via S. Giovanni):
Catecheta — vacat.

5. In Schola com. pro puellis (via Codelli, 5 Cl.):
Cl. D. Carolus Equ. de **Baubela**, Parochus ut infra.

6. In Schola com. Slovenica mixta (pro pueris et puellis) in Staragora:
D. Antonius **Pahor**, Vicarius in Kronberg.

7. In Schola com. Slovenica mixta 4 Cl. (in civitate):

D. Joannes **Koršič**, Coop. ut infra.

B. *In privatis.*

1. In Schola fem. Monialium S. Ursulae (6 Cl.):

D. Jacobus **Pussig**, Conf. Monial. ut infra.

2. In Schola fem. Sororum schol. de «Notre Dame» (8 Cl.):

P. T. D. Dominicus **Alpi**, Professor ut supra.

3. In Schola mixta Soc. «Šolski Dom» (via della Croce, 5 Cl.):

D. Joannes **Koršič**, Coop. ut infra (3 Cl.) et Cl. D. Hilarius **Zorn**, ut supra (2 Cl.).

4. In Schola mixta eiusd. Soc. (Via Barzellini, 2 Cl.):

Cl. D. Hilarius **Zorn**, ut supra.

5. In Schola fem. perfectionis professionalis ejusdem Societatis:

D. Joannes **Koršič**, Coop. ut infra.

6. In Schola mixta Societatis «pro sustentanda schola Germanica»:

P. Carolus **Kemperle**, O. Cap.

7. In Schola fem. Instituti Contavalle:

D. Alexander **Zamparo**, Secret. Ordinariatus ut supra.

8. In Schola asyli fem. S. Josephi:

P. T. D. Dominicus **Alpi**, Professor ut supra.

Inspectio Scholarum.

I. Pro foro ecclesiastico.

I. Commissarius Archieppalis

quoad institutionem et exercitia religiosa in c. r. Gymnasio superiori et in c. r. Schola reali sup. Goritiae:

P. T. D. Josephus **Gabrievčič**, S. Theol. Doct. ut supra.

II. Commissarii et Inspectores Archieppales

pro scholis popularibus:

1. in civitate Goritiensi — vacat.

2. in singulis districtibus decanalibus resp. D. Decanus.

3. in singulis Parochiis, Curatiis vel Vicariatibus, jam vi officii sui, resp. D. Parochus, Curatus aut Vicarius vel eorum vices gerens.

III. Commissarii Archieppales

pro examinibus, cum magistris de eorum habilitate ad doctrinam christianam in scholis popularibus et civicis subsidiario modo tradendam instituendis.

P. T. D. Aloisius **Tomsig**, Decanus Capituli ut supra.

P. T. D. Franciscus **Sedej**, Can. ut supra.

Cl. D. Hilarius **Zorn**, S. Theol. Doct. ut supra.

II. Pro foro civili.

Sacerdotes consentiente Ordinario in varia consilia scholastica adlecti:

I. In c. r. consilium scholasticum provinciale:

P. T. D. Andreas **Jordan**, Praepositus Capituli ut supra.
P. T. D. Franciscus **Sedej**, Canonicus ut supra.

II. In c. r. consilia scholastica districtualia:

1. pro civitate Goritiensi P. T. D. Aloisius **Tomsig**, Decanus Capituli ut supra.

2. pro districtu Goritiensi P. T. D. Antonius **Hvalica**, Decanus ad S. Petri.

3. pro districtu Gradiscano P. T. D. Joannes **Trevisan**, Decanus Gradiscae.

4. pro districtu Sesana P. T. D. Matthaeus **Sila**, Decanus in Tomaj, dioec. Tergest.

5. pro districtu Tulminensi P. T. D. Josephus **Kragelj**, Decanus Tulmini.

III. In consilia scholastica localia

Statim	Annuntiandi sunt : *a*) ex Helvetia mortui et matrim. juncti, *b*) ex Italia nati, mortui et matr. juncti, *c*) nati et def. e Regno Bavariae	*Capitanatui.* *annunt. Off. pol. Bavar.*
	NB. Testimonia *pro* aut *ex* Regnis exteris debent ab Ord. ppr. legalizzari.	

Consensu pol.	ad matr. ineund indigent: Bavari, Itali, Hungari, Tirolenses et Voralbergens. et Carniolenses; minor. 23 ann.: milites act., pro temp. pens. Offic.; Offic. mil., vigil. redit. cameral. (Finanzwache); cust. politicae publ. disciplinae (Gendarmerie), et Offic. curs. publ (postales).	
Parochi neo-instituti	infra spatium peremptorium duorum mensium ab invest. čan. praes. debent c. r. Locumtenentiae per Ordin. fassionem proprii beneficii in duplo et Inventaria eccl. et benef. in triplo.	
Item Admin. parochiales	infra sex hebdomadas post 24. aprilis annuam rationem intercalarem.	

Adiungenda.

Pag. 51: ad Vicar. Avče:

Eccl. fil. B. M. V. ad Nives.

Pag. 62: ad Paroch. Medea:

Eccl. fil. S. Antonii Patav.
Capella S. Mariae Comit. Mels-Colloredo.

Pag. 65: ad Vicar. Lokavec:

Eccl. fil. S. Urbani.

Pag. 77: ad Paroch. Komen:

Eccl. fil. 1. S. Aegidii Ab. in *Suta*. 2. S. Crucis in *Ivanjigrad*. 3. S. Joannis Ap. in *Volčjigrad*. 4. B. M. V. in *Oberšlen*.

Pag. 79: ad Curat. Štanjel:

Eccl. fil. 1. S. Gregorii *«pred gozdom»*. 2. S. Matlaei Ap. in *Hrušovica*.

Pag. 89: ad Curat. Bilje:

Eccl. fil. 1. S. Augustini Ep. in *Orehovlje*. 2. S Laurentii M. in *Bukovica*.

Abbreviaturae quaedam.

n. significat: natus.
o. » ordinatus.
P. » officium postale esse in loco.
P. * » in loco postali existere etiam officium telegraphicum.

Index generalis.

STATUS
PERSONALIS ET LOCALIS

ARCHI-DIOECESEOS

GORITIENSIS

INEUNTE ANNO

1900

GORITIAE
Typis Hilarianis
1900.

Patronus Comitatus Goritiensis et Gradiscani:

S. Joseph, Sponsus B. M. V.

(19. Martii.)

Patroni Archi-Dioeceseos:

Sancti Martyres

Hermagoras et Fortunatus.

(12. Julii.)

Patroni Eccl. Metrop. et Civit. Goritiensis:

Sancti Martyres

Hilarius et Tatianus.

(16. Martii.)

SANCTA ROMANA ECCLESIA.

SUMMUS PONTIFEX

LEO XIII.

JESU CHRISTI VICARIUS, PRINCIPIS APOSTOLORUM SUCCESSOR, PATRIARCHA OCCIDENTIS, PRIMAS ITALIAE, ARCHIEPISCOPUS ET METROPOLITA PROVINCIAE ROMANAE, EPISCOPUS ROMAE;

antea

JOACHIMUS PECCI,

Natus Carpineti, Dioecesis Anagnin., 2. Martii 1810, Presbyter 31. Decembris 1837, Archiepiscop. tit. Damiaten. praeconizatus 27. Januar. 1843, consecratus 19. Febr. 1843, Episcopus Perusinus 19. Januarii 1846, Cardinalis creatus et publ. 19. Decembris 1853, in S. Petri Successorem electus 20. Februarii, coronatus 3. Martii 1878.

SACRUM COLLEGIUM.

I.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinales Episcopi.

1. **Aloisius Oreglia di Santo Stefano,** natus in Bene Vagienna (D. Mondovì) 9. Julii 1828, Cardinalis 22. Decembris 1873, Decanus S. Collegii, *Episcopus Ostiensis et Veliternensis.*

2. **Lucidus Maria Parocchi,** natus Mantuae 13. Augusti 1833, Cardinalis 22. Junii 1877, Subdecanus S. Collegii. *Episcopus Portuensis et S. Rufinae,* Vice-Cancell. S. R. E.

3. **Seraphinus Vannutelli,** natus in Genazzano (D. Praenestinae) 25. Nov. 1834, Cardinalis 14. Martii 1887, *Episcopus Tusculanus.*

4. **Marius Mocenni,** natus in Montefiascone (D. Viterbien.) 22. Januarii 1823, Cardinalis 16. Januarii 1893, *Episcopus Sabinensis* et Abbas commend. S. Mariae di Farfa.

5. **Camillus Mazzella,** e Societate Jesu. natus in Vitulano (D. Beneventan.) 10. Febr. 1833, Cardinalis 7. Junii 1886, *Episcopus Praenestinus.*

6. **Antonius Agliardi,** natus in Colongo al Serio (D. Bergomensis) 4. Sept. 1832, Cardinalis 22. Junii 1896, *Episcopus Albanensis.*

II.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinales Presbyteri.

1. **Miecislaus Ledóchowski,** natus in Gorki (D. Sandomir) 29. Octobris 1822, Cardinalis 15. Martii 1875. (*S. Laurentii in Lucina.*)

2. **Aloisius de Canossa,** natus Veronae 20. Aprilis 1809, Cardinalis 12. Martii 1877. (*S. Marcelli*), Episcopus Veronensis.

3. **Josephus Sebastianus Netto,** O. Fratr. Min. S. Fr., natus in Lagis (D. Pharonen.) 8. Febr. 1841. Cardinalis 24. Martii 1884. (*SS. XII. Apost.*), Patriarcha Lisbonen.

4. **Petrus Jeremias Michaelangelus Celesia,** O. S. Benedicti, natus Panormi 13. Jan. 1814, Cardinalis 10. Novemb. 1884. (*S. Marci*), Archiepiscopus Panormitanus.

5. **Alphonsus Capecelatro,** Congr. Orator., natus Massilliae 5. Febr. 1824, Cardinalis 27. Julii 1885. (*S. Mariae de Populo*), Archiepiscopus Capuanus.

6. **Patricius Franciscus Moran,** natus in Leighlinbridge (D. Kildariensis in Hibernia) 17. Septembris 1830, Cardinalis 27. Julii 1885. (*S. Susannae*), Archiepiscopus Sydneyensis.

7. **Benedictus Maria Langénieux,** natus in Villefranche sur Rhône (D. Lugdunensis) 15. Octobris 1824. Cardinalis 7. Junii 1886. (*S. Joannis ad Portam Latinam*), Archiepiscopus Rhemensis.

8. **Jacobus Gibbons,** natus in Baltimore 13. Julii 1834, Cardinalis 7. Junii 1886. (*S. Mariae trans Tiberim*), Archiepiscopus Baltimorensis.

9. **Cajetanus Aloisi-Masella,** natus in Pontecorvo 30. Septembris 1826, Cardinalis 14. Martii 1887. (*S. Praxedis*).

10. **Marianus Rampolla del Tindaro,** natus in Polippi (D. Cefalù) 17. Aug. 1843. Cardinalis 14. Martii 1887. (*S. Caeciliae*).

11. **Franciscus Maria Richard,** natus in Nantes 9. Martii 1819, Cardinalis 24. Maji 1889. (*S Mariae in Via*), Archiepiscopus Parisiensis.

12. **Petrus Lambertus Goossens,** natus in Perk (D. Mechliniensis) 18. Junii 1827, Cardinalis 24. Maji 1889. (*S. Crucis in Jerusalem*), Archiepiscopus Mechliniensis.

13. **Vincentius Vannutelli,** natus in Genazzano (D. Praenestinae) 5. Dec. 1836, Cardinalis in petto 30. Dec. 1889, publicatus 23. Junii 1890. (*S. Silvestri in Capite*).

14. **Sebastianus Galeati,** natus Imolae 8. Februarii 1822, Cardinalis 23. Junii 1890. (*S. Laurent. in Panisperna*), Archiepiscopus Ravennatensis.

15. **Antonius Josephus Gruscha,** natus Viennae 3. Nov. 1820, Cardinalis 1. Junii 1891. (*S. Mariae de Angelis*), Princeps-Archiepiscopus Viennensis.

16. **Angelus di Pietro,** natus in Vivaro (D. Tiburtin.) 20. Maji 1828, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*SS. Bonifacii et Alexii*).

17. **Michael Logue,** natus in Raphoe 1. Octobris 1840, Cardinalis 16. Januarii 1893 (*S. Mariae de Pace*), Archiepiscopus Armacan.

18. **Claudius Vaszary,** O. S. B., natus in Keszthely (D. Veszprimiensis) 12. Febr. 1832, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*SS. Silvestri et Martini*), Archiepiscopus Strigoniensis.

19. **Herbertus Vaughan,** natus in Cloucester (D. Chiffoniensis) 15. Apr. 1832, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*SS. Andreae et Gregorii in monte Coelio*), Archiepiscopus Westmonasteriensis.

20. **Georgius Kopp,** natus in Duderstadt (D. Hildesheim.) 26. Julii 1837, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*S. Agnetis extra muros*), Princeps-Episcopus Vratislaviensis.

21. **Adolphus Ludovicus Albertus Perraud,** C. Orat., natus Lugduni 7. Februarii 1828, Cardinalis in petto 16. Januarii 1893, publicatus 29. Novembris 1895. (*S. Petri in vinculis*), Episcopus Augustodunensis.

22. **Victor Lucianus Sulpicius Lécot,** natus in Montscout-Lizerolles (D. Suessionen.) 8. Januarii 1831, Cardinalis 12. Junii 1893. (*S. Pudentianae*), Archiepiscopus Burdigalensis.

23. **Laurentius Schlauch,** natus in Uj-Arad (D. Csanad.) 27. Martii 1824, Cardinalis 12. Junii 1893. (*S. Hieronymi Slavor.*), Episcopus Magno-Varadinen. Latinorum.

24. **Josephus Sarto,** natus in Riese (D. Tarvisin.) 2. Junii 1835, Cardinalis 12. Junii 1893. (*S. Bernardi ad Thermas*), Patriarcha Venetiarum.

25. **Ciriacus Maria Sancha y Hervas,** natus in Quirtana del Pidio (D. Oxomen.) 17. Junii 1838, Cardinalis 18. Maji 1894. (*S. Petri in Montorio*), Archiepiscopus Toletanus.

26. **Dominicus Svampa,** natus in Montegranaro (D. Firman.) 13. Junii 1851, Cardinalis 18. Maji 1894. (*S. Onofrii*), Archiepiscopus Bononiensis.

27. **Andreas Ferrari,** natus in Protopiano (D. Parmen.) 13. Augusti 1850, Cardinalis 18. Maji 1894. (*S. Anastasiae*), Archiepiscopus Mediolanensis.

28. **Franciscus Satolli,** natus in Marsciano (D. Perus.) 21. Julii 1839, Cardinalis 29. Nov. 1895. (*S. Mariae in Ara Coeli*).

29. **Joannes Haller,** natus ad S. Martini in Passeier (D. Tridentin.) 30. Aprilis 1825, Cardinalis 29. Novembris 1895. (*S. Bartholomaei in insula*), Princeps-Archiepiscopus Salisburgensis.

30. **Antonius Maria Cascajares y Azara,** natus in Calanda (D. Caesaraugustan.) 2. Maji 1834, Cardinalis 29. Nov. 1895. (*S. Augustini*), Archiepiscopus Vallisoletanus.

31. **Hieronymus Maria Gotti,** Ord. Carmel., natus Genuae 29. Martii 1834, Cardinalis 29. Nov. 1895. (*S. Mariae della Scala*).

32. **Salvator Cassanas y Pagés,** natus Barcinonae 5. Sept. 1834, Cardinalis 29. Novembris 1895. (*SS. Quirici et Julittae*), Episcopus Urgellensis.

33. **Achilles Manara,** natus Bononiae 20. Nov. 1829, Cardinalis 29. Nov. 1895. (*S. Pancratii*), Episcopus Anconitanus et Humanus.

34. **Dominicus Jacobini,** natus Romae 3. Septembris 1837, Cardinalis 22. Junii 1896. (*SS. Marcellini et Petri*), Vicarius gen. S. S.

35. **Dominicus Ferrata,** natus in Gradoli (D. Montefiascone) 4. Martii 1847, Cardinalis 22. Junii 1896. (*S. Priscae*).

36. **Seraphinus Cretoni,** natus in Soriano (D. Hortan.) 4. Septembris 1833, Cardinalis 22. Junii 1896. (*S. Mariae sopra Minerva*).

37. **Josephus Prisco,** natus in Boscotrecase (D. Neapolitan.) 8. Sept. 1836, Cardinalis 30. Novembris 1896. (*S. Xysti*), Archiepiscopus Neapolitanus.

38. **Josephus Maria Martin de Herrera y de la Iglesia,** natus in Aldeadávila de la Ribera (D. Salamantin.) 26. Aug 1835, Cardinalis19. Apr. 1897. (*S. Mariae in Transpontina*), Archiepiscopus Compostellan.

39. **Petrus Hercules Coullié,** natus Parisiis 14. Martii 1829, Cardinalis 19. Aprilis 1897. (*Ss. Trinitatis in Monte Pincio*), Archiepiscopus Lugdunen.

40. **Josephus Guilielmus Labouré,** natus in Achiet-le-Petit (D. Atrebaten.) 27. Oct. 1841, Cardinalis 19. Aprilis 1897. (*S. Mariae Novae et S. Franciscae in Foro Romano*), Archiepiscopus Rhedonen.

41. **Joannes Bapt. Casali del Drago,** natus Romae 30. Januarii 1838, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Mariae de Victoria*).

42. **Franciscus de Paulo Cassetta,** natus Romae 12. Augusti 1841, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Chrysogoni*).

43. **Januarius Portanova,** natus Neapoli 11 Octobris 1845, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Clementis*), Archiepiscopus Rheginensis.

44. **Josephus Francica Nava di Bontifè**, natus Cataniae 23. Julii 1846, Cardinalis 19. Junii 1899. (*Ss. Joann. et Pauli*), Archiepiscopus Cataniensis.

45. **Augustinus Ciasca**, Sodalis Augustinianus, natus Polignane (D. Monopoli) 7. Maii 1835, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Callisti*).

46. **Franciscus Desideratus Mathieu**, natus in Einville (D. Nancy) 28. Maii 1839, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Sabinae*).

47. **Petrus Respighi**, natus Bononiae 22. Sept. 1841, Cardinalis 19. Junii 1899. (*SS. Quatuor Coronatorum*), Archiepiscopus Ferrariensis.

48. **Augustinus Richelmy**, natus Taurini 28. Nov. 1850, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Eusebii*), Archiepiscopus Taurinensis.

49. **Jacobus Missia**, natus ad S. Crucis prope Luttenberg (D. Lavant.) 30. Junii 1838, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Stephani in Monte Coelio*), Princeps-Archiepiscopus Goritiensis.

III.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinales Diaconi.

1. **Aloisius Macchi**, natus Viterbii 3. Martii 1832, Cardinalis 11. Febr. 1889. (*S. Mariae in via lata*).

2. **Andreas Steinhuber**, e Societate Jesu, natus in Utlau (D. Passaviensis) 11. Novembris 1825, Cardinalis in petto 16. Januarii 1893, publicatus 18. Maji 1894. (*S. Agathae in Suburra*).

3. **Franciscus Segna**, natus in Poggio Ginolfo (D. Marsorum) 13. Augusti 1836, Cardinalis 18. Maji 1894. (*S. Mariae in Porticu*).

4. **Raphael Pierotti**, Ord. Praed., natus in Sorbano del Vescovo (D. Lucan.) 1. Jan. 1836, Cardinalis 30. Nov. 1896. (*SS. Cosmae et Damiani*).

5. **Aloisius Trombetta**, natus in Civita Lavinia (D. Albanen.) 3. Febr. 1820, Cardinalis 19. Junnii 1899. (*S. Eustachii*).

6. **Josephus Calasanctius Vives y Tuto**, Ord. Capucin., natus ad S. Andreae di Llevaneras (D. Barcinonen.) 15. Februarii 1854, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Adriani in Foro Romano*).

CONSPECTUS HIERARCHIAE CATHOLICAE

qualis fuit 16. Decembris 1898.

I. Summus Pontifex.

II. Sacrum Collegium:

Sedes Suburbicariae	6
Ecclesiae Titulares	53
Diaconiae	16

III. Sedes Patriarchales:

Ritus Latini	8
Rituum Orientalium	6

IV. Sedes Archiepiscopales:

Ritus Latini:

S. Sedi immediate subjectae	19
Cum Provinciis ecclesiasticis	155

Rituum Orientalium:

1. Cum Provinciis ecclesiasticis:

Ritus Armeni	1
Ritus Graeco-Rumeni	1
Ritus Graeco-Rutheni	1

2. Patriarchatibus subjectae:

Ritus Armeni	1
Ritus Graeco-Melchitici	3
Ritus Syriaci	3
Ritus Syro-Chaldaici	2
Ritus Syro-Maronitici	6

V. Sedes Episcopales:

Ritus Latini:

S. Sedi immediate subjectae	83
Suffraganeae in Provinciis eccl.	640

Rituum Orientalium:

1. S. Sedi immediate subjectae:

Ritus Graeco-Rutheni	1

2. Suffraganeae in Provinciis eccl.

Ritus Graeco-Rumeni	3
Ritus Graeco-Rutheni	6

3. Patriarchatibus subjectae:

Ritus Armeni	16
Ritus Coptici	2
Ritus Graeco-Melchitici	9
Ritus Syriaci	5
Ritus Syro-Chaldaici	9
Ritus Syro-Maronitici	2

VI. Sedes Nullius Dioeceseos:

Abbatiae	12
Archi-Abbatia	1
Archipresbyteratus	1
Prioratus	1
Praelaturae	2

ARCHIDIOECESIS GORITIENSIS

Summarius Conspectus historicus.

Archidioecesis Goritiensis olim ad Patriarchatum Aquilejensem pertinebat.

Cujus Patriarchatus initia ad ipsa Apostolorum tempora pertingunt. Primus enim, qui Aquilejensibus S. Evangelium praedicabat, S. Marcus Ev. fuit, qui jubente S. Petro Ap. circa an. 45. post Chr. n. eo se contulit et S. Hermagoram post se Episcopum reliquit (*circa an. 48.*).

Sanctus porro Hermagoras circa an. 70. glorioso martyrio coronatus est.

Ejus successor S. Hilarius (Helarus) fuit; quem alii in fine 1.[1] saeculi vixisse dicunt, alii vero die demum 16. Martii 285. martyrio occubuisse volunt.

Decursu saec. 4. Episcopos Aquilejenses jam Metropolitana dignitate fulgere videmus. Quibus postea, quum Gothi Italiae dominarentur, Patriarcharum titulus accessit.

Variae variis temporibus Patriarchatus Aquilejensis Sedes suffraganeae recensentur. In «Notitia» sub Papa Joan. XXII. confecta hae referuntur: «Mantuana, Cumana, Tridentina, Veronensis, Paduana, Vicentina, Tarvisina, Concordiensis, Cenetensis, Feltrensis, Belunensis, Polanensis vel Polensis, Parentina, Triestina vel Trigestina, Comaclensis vel Petensis, Capitis Istriae vel Justinopolitana, Marianensis, Civitatis Novae vel Emonensis».

Inter Praesules Aquilejenses praeter SS. Hermagoram et Hilarium eminent: S. Valerianus († *circa 389*), qui synodo 3. Sept. 381. celebrata Arianorum errores profligavit; dein S. Chromatius († *407*), pietate aeque ac doctrina insignis, doctissimisque illius temporis viris, in quibus S. Hieronymo, S. Ambrosio et S. Chrysostomo conjunctissimus; S. Nicetas († *485*), pastoralis sollicitudinis, prudentiae et sapientiae laude praecellens; S. Paulinus († *802*), qui contra Adoptianorum errores strenue decertavit et pro sanctae fidei praesertim per Carinthiam et Styriam propagatione plurimum laboravit; Beatus tandem Bertrandus († *1350*), Ecclesiae suae jurium invictus defensor, Beatissimaeque Virginis Mariae cultor eximius.

Sed si Ecclesia Aquilejensis gaudebat Praesulibus sanctis, dolebat inde a medio saec. 6. usque ad initium 8. etiam schismaticis, quum se illius temporis Patriarchae ob controversiam de «Tribus capitulis» a communione Sedis Romanae separassent.

Quae separatio etiam alius separationis causa fuit. Quum enim Albuino, rege Longobardorum, Italia superiore potito (*circa 568*) Aquilejenses in insulam Gradum aufugissent et, qui anno 607 electus est Patriarcha Aquilejensis in dicta insula residens, communionem cum Sede Romana restituisset, Schismatici alium sibi in civitate Aquilejensi constituerunt Patriarcham. Quamquam porro in Synodo Aquilejensi an. 700.

celebrata etiam Patriarchae schismatici cum Sede Romana reconciliati sunt, nihilominus etiam in posterum duo Patriarchatus perstiterunt, alius in insula Grado, saec. 15. Venetias translatus, Aquilejae alius. Quod in summum hujus detrimentum cessit.

Saeculo 11. Patriarchae Aquilejenses etiam Principes saeculares facti sunt, civitate Aquilejensi cum suo territorio eorum dominationi tradita.

Eodem saeculo magna ecclesia cathedralis, quae hodie Aquilejae parochialis est, in honorem B. M. V. exstructa et die 13. Julii 1031. a Patriarcha Poppone consecrata est.

Caeterum Patriarchae, qui jam pridem saepius a sua Sede exulare cogebantur (e. g. Aquileja ab Hunnorum rege Attila an. 452. eversa), vastata iterum a Longobardis civitate (*590*) primum in insula Grado, sequentibus vero temporibus ob aëris insalubritatem aliasque causas magnam partem Cormoni (Cormons), a saec. 8.-13. Forojulii, postea vero Utini residebant. Quam civitatem, ab imperatore Ottone I. dono habitam, deinde, Aquileja terraemotu disjecta (*1348*), et sui Principatus saecularis et Metropoliae Sedem fecerunt.

Quam porro ab imperatoribus acceperant dominationem saecularem, inde a saec. 15. paulatim Venetis cedere debuerunt; civitas vero Aquilejensis terraeque ad eam spectantes, ultimo Comite Goritiensi defuncto (*1500*), simul cum Comitatu Goritiensi dominio domus Austriacae subjecta est. Quod infinitis per plus duo saecula rixis inter domum Austriacam ex una, Patriarchas Aquilejenses Venetiarumque Rempublicam ex altera parte occasionem dedit.

Quum enim Patriarcharum jurisdictio spiritualis per totum Comitatum Goritiensem, per totam fere Carniolam magnamque Carinthiae et Styriae partem extenderetur, Veneti vero Sedem Patriarchalem quasi pro se occuparent, suisque rationibus politicis ducti

solos sine interruptione Venetos Patriarchas creandos curarent — nullo scil. ad domum Austriacam habito respectu, in cujus tamen ditione magna Patriarchatus pars sita erat — factum est (item ex rationibus politicis), ut Patriarchae ab exercitio suae jurisdictionis in terris Austriacis paulatim omnino prohiberentur. Quod, quamquam non deerant, qui jurisdictione sive a Patriarchis sive a S. Sede delegata rebus ecclesiasticis illis in regionibus providerent, tamen summas creare debuit difficultates.

Quibus difficultatibus ut efficaciter occurreretur, jam mox, ut Comitatus Goritiensis cum civitate Aquilejensi sub ditionem Austriacam venit, de erigendo Goritiae episcopatu cogitari coepit; imo sub Urbano Octavo etiam ab illius temporis Patriarcha Aquilejensi propositum fuit, eam Dioecesis partem, quae Austriacae ditioni subjecta erat, divellere ibique novum Episcopum Patriarchae suffraganeum constituere.

Ast quominus hoc ad effectum deduceretur, varia efficiebant impedimenta, et imprimis resistebant Veneti. Verebantur nimirum, ne aut splendor Patriarchatus aut potius proventus Patriarchae ac lucra Venetorum propterea minuerentur: quapropter hoc erigendi novi Episcopatus negotium quam diutissime suspensum et infectum remansit.

Creverunt tamen interim desideria dilata. Cujus rei testis inter alios est vir Goritiensis, Vitus Gullini, Parochus Hengspergensis (in dioec. Seccoviensi in Styria), qui in testamento suo omnia sua bona legaverat ad hoc, ut Goritiae episcopatus erigeretur; imprimis vero alius Goritiensis, Augustinus Lib. Bar. de Codelli, qui Imperatrici Mariae Teresiae octoginta millia florenorum in eundem finem obtulit palatiumque suum cum annexa capella publica et adjacente amplissimo horto pro futuri Episcopi Residentia destinavit. Quae fundatio diplomate caes. d. 8. Nov. 1747. confirmata est. Placet

apponere epitaphium hujus insignis Dioecesis Goritiensis benefactoris, prout legitur super ejus sepulcro in capella Archiepiscopali:

D. O. M.
HIC IACET
QUI MISERIME NATVS
IN JVVENTVTE
PAVPERIME EDVCATVS
IN AETATE
SVBLIME ELLEVATVS
IN MORTE
AD NIHILVM REDACTVS
A. C. D. F.[1])
OBYT LABACI
DIE XX. JVLLY
ANNO 1749.

Tum vero multo instantius Maria Teresia hoc maximi momenti negotium cum Summo Pontifice Benedicto XIV. tractandum suscepit. Qui litteris Apost. in forma Brevis, incip.: «*Omnium Ecclesiarum*» *dd. 29. Novembris 1749.*, ante omnia Vicarium Apostolicum in parte dioeceseos Aquilejensis domui Austriacae subjecta constituit, hujus rei causas fusius exponens in Allocutione habita in Consist. 1. Decembr. 1749. Deinde vero alio Brevi incip.: «*Postquam per alias nostras litteras*», *die 27. Jun. 1750.* dato, Carolum Michaelem e Comitibus ab Attems, Canonicum et Thesaurarium Ecclesiae Basileensis, dictum Vicarium Apostolicum deputavit, et, ut non solum actus jurisdictionis sed etiam ordinis exercere posset, die 15. Aug. 1750. etiam Episcopum Pergamenum i. p. inf. praeconizavit.

Quod tamen summum Venetorum odium in Pontificem excitavit, ita ut suum apud S. Sedem Legatum revocarent, Pontificis Nuntium Venetiis egredi juberent, et regum Galliae, Sardiniae, Prussiae et Angliae mediationem invocarent. Sed his omnibus non solum nihil

---

[1]) **Augustinus Codelli de Fahnenfeld.**

effecerunt, sed imo a Francorum rege Ludovico XV. consilium acceperunt, litibus et discordiis Patriarchatus suppressione finem tandem faciendi. Quod consilium, postquam omnia in vanum cesserunt, secuti Pontifici pro dicta suppressione scripserunt.

Itaque Bened. XIV. Brevi incip. «*Injuncta nobis*» *d. 6. Jun. 1751.* Patriarchatum et Sedem Aquilejensem perpetuo suppressit et exstinxit, ejusque loco Archiepiscopatus Goritiensem et Utinensem erexit, omnia, quae ad Sedem Goritiensem spectant, accuratius definiens Bulla «*Sacrosanctae militantis Ecclesiae*» *d. 18. April. 1752.*

Secundum has Apostolicas dispositiones Archidioecesi Goritiensi attributum est, quidquid ex terris Austriacis prius ad Patriarchatum Aquilejensem pertinuerat.

Suffraganei vero Goritienses constituti sunt: Episcopus Tridentinus et Tergestinus, Petenensis et Comensis.

Primus Archiepiscopus nominatus est, qui hucusque Vicarium Apost. egerat, Carolus Michael Com. ab Attems. Suae Sedis possessionem die 30. Julii 1752. cepit.

Qui quantus fuerit in perfungendo per viginti duos annos sacro ministerio, testes sunt posteris: quadraginta et ultra nova beneficia curata in Archidioecesi eo sollicitante condita, Seminarium dioecesanum (Carolinum), in domo, 13 millibus florenorum empta, ab eo erectum, ecclesia in honorem S. Car. Borom. ejus praecipue sumptibus penes dictum Seminarium exstructa, Mons pietatis, dioecesis saepius Evangelica solertia perlustrata, Synodus provincialis 1768. celebrata (licet illius Acta propter dissidia, inter Sacerdotium et Imperium desuper orta, publica luce donari non potuerint) et alia multa.

Quanti illum fecerit Imperatrix Maria Teresia, non tantum ex eo apparet, quod eum a Consiliis intimis

C. R. Majestatis nominavit, sed multo magis ex eo, quod, assumpto jam ad societatem imperii Josepho II., Archiepiscopum Attems die 7. Maii 1766. inter imperii Principes collocari jussit, et quidem ita, ut haec dignitas etiam ad ejus in Archiepiscopatu successores transire deberet. Obiit 18. Febr. 1774. et sepultus est in ecclesia Seminarii ab eo exstructa. Postea vero, dicta ecclesia per dispositiones Josephi II. profanata, ejus corpus inde elevatum et in ecclesiam Metropolitanam translatum est.

Primo Archiepiscopo successit Rudolphus Josephus Comes ab Edling, qui jam die 5. Febr. 1771. consecratus fuerat Episcopus Capharnai i. p. inf., et 27. Junii 1774. Archiepiscopus Goritiensis praeconizatus est.

Si quis alius, certe hic vir pietate, animarum zelo et Apostolica fortitudine eminet.

Qui, quum praeter Card. Migazzi, Archiepiscopum Viennensem, et Principem Eszterhazy, Primatem-Archiepiscopum Strigoniensem, unicus inter episcopos Austriacos sic dictum «Edictum tollerantiae» d. d. 13. Oct. 1781. publicare detrectasset, postquam 13. Martii 1782. Viennam ad se justificandum vocatus est, sequestratis 23. Martii 1784. ejus proventibus, die 10. Maii ejusdem anni Romam abire suoque Archiepiscopatu se abdicare coactus est. Abdicatione a Pio VI. tandem acceptata — priorem enim ejus resignationem, ex Imperatoris mandato jam an. 1783. datam, Pontifex Brevi 23. Nov. 1783. acceptare recusaverat — Romae vixit, unde tamen ex novo mandato Imperatoris sub finem mensis Martii 1787. iterum discedere et Laudem Pompejam (Lodi) in statibus Austriacis conferre se debuit. Hic ob vitae sanctimoniam et effusam in pauperes liberalitatem tam Clero quam populo acceptissimus erat, indeque bona sua, quae adhuc Goritiae propria possidebat, valoris circiter 8000 flor., Seminario dioecesano Goritiensi donavit. Mortuus est octogenarius in fama sanctitatis

die 8. Decembr. 1803. et sepultus in ecclesia S. Philippi Nerii Laude Pompeji.

Intra hoc tempus urgente Josepho II. (sub titulo scilicet concentrandarum magis dioecesium itaque efficacius promovendae religionis et animarum salutis) Bulla: «*In universa gregis Dominici cura*» *d. 8. Martii 1787.* suppressa fuit Archidioecesis Goritiensis et totaliter dismembrata, ita ut pars quidem ejusdem Episcopatui Seccoviensi, pars vero Gurcensi, pars item Lavantinae, exigua pars Brixinensi, pars autem maxima Labacensi, pars denique cum suppressis simul Episcopatibus Tergestino et Petenensi, qui tunc vacabat, Episcopatui Gradiscano proxime erigendo attributa et incorporata fuerit.

Episcopatus Gradiscanus proximo anno Bulla: «*Super specula militantis ecclesiae*» *d. d. 20. Aug. 1788.* erectus est et praeter dictos duos Episcopatus Comitatum Goritiensem et Gradiscanum, partes dioecesis Parentinae et Polensis, et tres Decanatus, tunc omnes Provinciae Carnioliae subjectos, nempe Vippacensem, Idriensem et Duinensem comprehendebat. (Ceterum Decanatus Idriensis, agente Praesule Labacensi, et favente Imperatore Josepho II., frustra se opponente Episcopo Gradiscano, paulo post, anno scil. 1791-1792, a Dioecesi Gradiscana abreptus et Dioecesi Labacensi junctus est.)

Suppresso porro Archi-Episcopatu Goritiensi de erigendo novo cogitandum erat, et prae omnibus civitas Graecensis in Styria praeferenda videbatur, ut, ubi regimen centrale Austriae interioris esset, ibi esset etiam Archiepiscopatus. Respectivum decretum caesareum 20. Nov. 1783. datum est. Restitit tamen Archiepiscopus Salisburgensis, ad cujus dioecesin tunc civitas Graecensis pertinebat, unde factum est, ut instante imperatore a Pio PP. VI. (Bulla incip.: «*In universa gregis Dominici cura*» *d. 8. Mart. 1787*) simul cum

suppressione Goritiensis, Sedes Labacensis ad Archiepiscopatum elevaretur, cui tanquam Sedi Metropolitanae unitus Episcopatus Segniensis et Modrussiensis necnon vigore supra cit. Bul. «*Super specula militan.is ecclesiae*» Gradiscanus qua suffraganeus subjectus est. Bulla: «*Ad supremum*»*d. 7. Sept. 1797.* etiam Sedes Tergestina tanquam suffraganea Archiepiscopi Labacensis declarata est.

Nova Dioecesis Gradiscana per aliquod tempus, usque ad diem scil. 27. Aprilis 1789., in Spiritualibus ab Archiepiscopo Labacensi mediante Vicario Metropolitano regebatur.

Die autem mox dicta Franciscus Philippus e Comitibus ab Inzaghi, Styrus Graecensis, e suppresso Episcopatu Tergestino (cui per 17 annos sapientissime praeerat) ad Episcopatum Gradiscanum translatus, in ejus possessionem Gradiscae solemniter introductus fuit. Quia vero domus pro Residentia Episcopali destinata necdum comparata erat, et aptae pro Canonicis et Chori Vicariis habitationes Gradiscae non inveniebantur, Canonici quidem Goritiam reversi sunt, Episcopus autem Tergestum, quod jam Dioecesi Gradiscanae suberat, repetiit; unde usque ad an. 1792. Dioecesin Gradiscanam mediante suo Officio Episcopali, quod Goritiae consederat, gubernabat.

Urgebat quidem Josephus II. repetitis decretis, ut Episcopus cum Capitulo Gradiscam ad residendum repeteret; verum, quum Goritia Gradiscae pluribus ex titulis appareret praeferenda, haec eorum transmigratio semel atque iterum procrastinabatur. Interim vero 20. Febr. 1790. Josephus II. diem supremum clausit.

Josepho II. successit in imperio ejus frater Leopoldus II. Apud quem quum cives Tergestini vehementer instarent, ut proprius sibi iterum daretur Episcopus, novus Imperator votis eorum annuens cum Sede Apostolica egit, effecitque, ut ex Episcopatu

Gradiscano, paulo ante erecto, Tergestinus exscinderetur; quod factum est Pii VI. Bulla incip. « *Recti prudentisque consilii* » *d. 12. Sept. 1791.* Episcopatui Tergestino etiam suppressus pridem Episcopatus Petenensis incardinatus est. Eadem Bulla Sedes Gradiscana non suppressa quidem, utique vero ejus Cathedralitas unacum Episcopo et Capitulo Goritiam translata est, ita ut exinde Dioecesis ipsa *Goritiensis seu Gradiscana*, Episcopus item *Goritiensis seu Gradiscanus* fuerit nuncupandus.

In quorum executionem datus est Tergestinis Episcopus Sigismundus Comes de Hochenwarth, Goritiensibus vero Franciscus Philippus Comes ab Inzaghi, qui sui Episcopatus possessionem cepit die 12. Februarii 1792.

Sed dismembrationum dioecesis Goritiensis nondum finis. Postquam enim Galli, anno 1806. ad finem vergente, Provinciam Goritiensem secundo invaserunt, atque anno sequente partem illius trans Sontium sitam regno Italiae adjunxerunt, etiam Dioecesis Goritiensis an. 1808. mense Augusto 27 Parochias trans Sontium existentes Archiepiscopatui Utinensi cedere debuit, loco earum Territorio Monfalconensi, quod Monarchiae Austriacae cessum est et quatuor habebat Parochias, Episcopatui Goritiensi unito.

Eodem tempore, anno scil. 1807., Metropolia Labacensis Bulla: « *Quaedam tenebrosa* » Pii PP. VII. *d. d. 18. Sept. 1807.* iterum suppressa et tum Sedes Labacensis tum Sedes ei hucusque suffraganeae Sedi Apostolicae immediate subjectae sunt.

In primo Archiepiscopo Goritiensi laudatum est, illum domum presbyteralem erexisse. Proh dolor! Dioecesi suppressa etiam ipsa fini suo subtracta et recipiendis militibus destinata est. Die tandem 8. Decembris 1818. primae destinationi suae restituta iterum est, quum interim, qui militiam clericalem sequi vellent, partim

in Seminario generali Graecensi, partim Viennae vel Klagenfurthi vel Labaci studiis Theologicis incumbere debuerint.

Restitutum tamen Seminarium ita est, ut abhinc Seminarium *centrale* pro toto Litorali esset, videlicet pro dioecesi Goritiensi, Tergestino-Justinopolitana, Parentino-Polensi et Veglensi. Mirum hoc apparere debet eo, quod nullus tunc temporis nexus hierarchicus inter has Dioeceses existebat; proludebat tamen aliquo modo jam novo ordini, qui in fine tertii decennii hujus saeculi in hac parte statutus est.

Qui quidem novus Ordo in hoc constitit, ut Episcopatus Parentinus et Polensis unirentur (*1827*), itemque Justinopolitanus et Tergestinus (*1830*), cui ita unito praeterea suppressus Episcopatus Civitatis Novae (Cittanova) incardinatus est; ut porro supprimerentur Episcopatus Auxerensis (Ossero) et Arbensis et Sedi Veglensi attribuerentur (*1830*); ut tandem hae sedes ita ordinatae simul cum Episcopatu Labacensi Sedi Goritiensi, quae iterum ad dignitatem Archiepiscopalem evecta est (Bulla: «*Insuper*» *d. d. 27. Aug. 1827.* et alia *d. 3. Aug. 1830*) tanquam suffraganeae subjicerentur. (Conf. de nova dioecesium Illiricar. divisione etiam Bullam: «*Locum B. Petri*» Leon. XII.)

Dolendum id unum, occasione restituti Archiepiscopatus Goritiensis iterum plures Parochias ab eo avulsas fuisse (Bulla: «*In supereminenti dignitatis specula*» Pii PP. VIII. *d. 6. Kal. Aug. 1830*). Occurrit menti imprimis Decanatus Vippacensis, qui, quamvis in Carniolia situs, tamen ex omni parte Goritiam potius spectat, quo versus vallis Vippacensis, contra reliquam Carnioliae partem undequaque montibus clausa, tota quanta aperta est.

Ceterum restituto Archiepiscopatu, Archiepiscopisque Metropolitis in «*Regno Illirico*» renuntiatis, non simul restitutus est etiam titulus «Principis», qui ab

Imperatrice Maria Teresia primo Archiepiscopo ejusque successoribus concessus erat. Eo titulo iterum insignitus est demum Archiepiscopus Franciscus Xav. Luschin, qui 9. Jan. 1835. designatus est Archiepiscopus Goritiensis; ex illoque tempore etiam ejus successores ita nominantur.

Ex sequentibus annis, missis aliis, id unum adhuc commemoretur, anno 1857. opitulante Imperatore Ferdinando I. ejusque Conjuge Maria Anna necnon Cleri dioecesani adminiculis a Principe-Archiepiscopo Andrea Gollmayr erectum fuisse etiam Seminarium puerorum (Andreanum), quod sicubi, certe in hac Dioecesi summae necessitatis est.

Sed haec hucusque. Dederit Deus, ut Dioecesis, brevi subsistentiae suae tempore tot tantasque perpessa vicissitudines et commutationes, incommutata semper ac uberrima perfrui mereatur SS. Cordis Jesu tutela atque benedictione!

SERIES ANTISTITUM
Aquilejensium et Goritiensium.

Series Antistitum Aquilejensium.

*Anni asterisco * notati certe determinari nequeunt.*

	Ab anno	Ad annum
1. Episcopi.		
1. S. Hermagoras, Germanus . . .	63*	—
2. S. Hilarius seu Helarus, Aquilejen.	—	90*
3. Chrysogonus I., Graecus . . .	—	—
4. Chrysogonus II., Graecus . . .	—	—
5. Agapitus	—	—
6. Theodorus	314	—
7. Benedictus	—	—
8. Fortunatianus, Afer	347	—
2. Archiepiscopi.		
9. S. Valerianus, Gallus	369*	389*
10. S. Chromatius, Aquilejensis . .	389*	407*
11. Augustinus, Beneventanus . . .	407*	—
12. Adelphus seu Delfinus, Altinus .	434*	—
13. Maximus	—	—
14. Januarius, e Pola in Istria . . .	444	447
15. Secundus, Salicus	451	454*
16. S. Nicetas, Graecus	454	485
17. Marcellianus, Graecus	485*	—

	Ab anno	Ad annum
18. Marcellinus, Romanus	500*	515
19. Stephanus, Mediolanensis . . .	521*	—
20. Macedonius	529	—

3. Patriarchae.

Schismatici.	Orthodoxi.	Ab anno	Ad annum
21. Paulinus I., seu Paulus, Rom.	— — —	557	569
22. Probinus, Beneventanus .	— — —	569	571
23. Elias, Graecus	— — —	571	586
24. Severus, Ravennas . . .	— — —	586	607
Aquilejae.	In insula Grado.	(*Schismatici.*)	
25. Joannes I., Aquilejensis . .	607 Candidianus, Ariminensis	607	—
26. Marcianus, Piranensis . .	612 Epiphanius, e Castro Umago in Istria	—	—
	613 Cyprianus, Polanus		
27. Fortunatus .	628 Primogenius, Aretin.	628	—
28. Felix . . .	648 Maximus, Dalmata	—	—
29. Joannes II. .		—	—
30. Joannes III. .	668 Stephanus, Parentinus	—	—
	673 Agatho, Justinopolitan.		
	685 Christoph., Polanus.		

	Ab anno	Ad annum
Orthodoxi, Schism. sublato, Aquilejae.		
31. Petrus I., Polanus	698	711
32. Serenus	711	717
33. Calistus	717*	737*
34. Sigvaldus, Forojuliensis	762*	776
35. S. Paulinus II., Forojuliensis . .	776	802
36. Ursus I. qui et Urbanus	—	811*
37. Maxentius	811*	—
38. Andreas, Forojuliensis	—	847
39. Venantius, Italus	847*	850*
40. Teutimarus, Germanus	850*	871*
41. Lupo seu Lupus I.	871*	874*
42. Valpertus	875*	901*
43. Fridericus I.	901*	—
44. Leo, Forojuliensis	928	—
45. Ursus II.	931	—
46. Lupo seu Lupus II.	—	—
47. Hengelfredus, Germanus	—	—
48. Rodoaldus, Germanus	963	—
49. Joannes IV., Ravennas	984	—
50. Popo vel Wolfgangus, Germanus	1019	1042
51. Eberardus, Germanus	1042	1049
52. Goteboldus, Germanus	1049	—
53. Ravengerus s. Ravenger, German.	—	1068
54. Sigeardus e Comitibus de Pleien, Germanus	1068	1077
55. Henricus, Germanus	1077	1084
56. Fridericus II., Slavus	1084	1085
57. Uldaricus I., e Ducibus Carinthiae, qui et Volricus, Voldaricus . .	1085	1122*
58. Gerardus, Forojuliensis	1122	1128
59. Peregrinus I., e Ducibus Carinth.	1132	1161
60. Uldaricus II., e Comit. de Treven	1161	1182

	Ab anno	Ad annum
61. Gotefredus	1182	1195
62. Peregrinus II.	1195	1204
63. Volcherus de Laubrechtskirchen, Germanus	1204	1218
64. Bertoldus ab Andechs	1218	1251
65. Gregorius de Montelongo, Campanus	1251	1269
Sedes vacabat	1269	1273
66. Raimundus Turrianus, Mediolan.	1273	1299
67. Petrus II. Gera, Ferentinas . .	1299	1301
68. Ottobonus de Razzis, Placentinus	1302	1315
69. Gastonus Turrianus, Mediolanen.	1316	1318
70. Paganus Turrianus, Mediolanensis	1319	1332
Sedes vacabat	1332	1334
71. B. Bertrandus e Comitibus S. Genesii, Gallus	1334	1350
72. Nicolaus, Joannis Regis Bohemiae filius	1350	1358
73. Ludovicus Turrianus	1358	1365
74. Marquardus de Randeck, Augustanus	1365	1381
75. Philippus de Alençonio, Gallus .	1381	1387
76. Joannes V., e Marchionibus Moraviae	1387	1394
77. Antonius I. Cajetanus, Romanus	1395	1402
78. Antonius II. de Portogruaro — Antonius III. da Ponte, Venetus	1402	1408
79. Ludovicus II. Teckius, Hungarus	1408	1435
Sedes vacabat	1435	1439
80. Ludovicus III. Card. Scarampus Mediarota, Patavinus 1439. — Alexander e Ducibus Massoviae, Polonus	1439	1465
Sedes vacabat	1465*	1471

	Ab anno	Ad annum
81. Marcus I. Card. Barbus, Venetus	1471	1491
82. Hermolaus I. Barbarus, Venetus	1491	1493
83. Nicolaus II. Donatus, Venetus .	1493	1497
84. Dominicus Card. Grimanus, Venet.	1498	1517
85. Marinus Card. Grimanus, Venetus	1517	1546
86. Joannes VI. Grimanus, Venetus .	1546	1592
87. Franciscus Barbarus, Venetus .	1592	1616
88. Hermolaus II. Barbarus, Venetus	1616	1622
89. Antonius IV. Grimanus, Venetus	1622	1628
90. Augustinus II. Gradonicus, Venet.	1628	1629
91. Marcus II. Gradonicus, Venetus .	1629	1656
92. Hieronymus Gradonicus, Venetus	1656	1657
93. Joannes II. Card. Delfinus, Venet.	1657	1699
94. Dionysius Delfinus, Venetus . .	1699	1734
95. Daniel Card. Delfinus, Venetus .	1734	1751

Series Antistitum Goritiensium.

	Ab anno	Ad annum
I. Archiepiscopi S. R. I. Principes.		
1. Carolus Michaël e Comit. ab Attems, Goritiensis	1752	1774
2. Rudolphus Josephus e Comit. ab Edling, Goritiensis	1774	1784
	(obiit	1803)
II. Episcopi Goritienses seu Gradiscani.		
3. Franciscus Philipp. e Comit. ab Inzaghi, Styrus (1788-1792 Episcopus Gradiscanus)	1792	1816
4. Josephus Walland, Carniolus . .	1819	1830
III. Archiepiscopi Metropolitae in regno Illyrico.		
Josephus Walland, qui supra . .	1830	1834
(Principes-Archiepiscopi.)		
5. Franciscus Xaverius Luschin, Carinthius	1835	1854
6. Andreas Gollmayr, Carniolus . .	1855	1883
7. Aloysius Zorn, Goritiensis . . .	1883	1897
8. Jacobus Card. Missia, Styrus . .	1898	

ORDINARIUS

EMINENTISSIMUS AC REVERENDISSIMUS DOMINUS

JACOBUS S. R. E. Presb. Cardinalis MISSIA

PRINCEPS-ARCHIEPISCOPUS,

METROPOLITA,

S. CAES. ET REG. APOSTOLICAE MAJESTATIS

CONSILIARIUS INTIMUS ACTUALIS,

EQUES AUSTR.-CAES. ORD. CORONAE FERREAE I. CLASSIS,

S. THEOLOGIAE DOCTOR,

ETC. ETC. ETC.

Natus ad S. Crucis prope Luttenberg in Styria die 30. Junii 1838; Sacerdos ordinatus Romae die 30. Maii 1863; Princeps-Episcopus Labacensis designatus suprema Resolutione de die 14. Junii 1884; die 10. Nov. a S. Sede confirmatus; consecratus Graecii die 7. Dec. 1884 et die 14. ejusdem mensis inthronizatus. — Supr. Resolutione die 12. Decembris 1897 nominatus Princeps-Archiepiscopus Goritiensis, praeconizatus die 24. Martii, inthronizatus die 22. Maii 1898. S. R. E. Cardinalis creatus et publicatus die 19. Junii 1899.

EPISCOPI SUFFRAGANEI

Metropoliae Goritiensis

EPISCOPUS ECCL. PARENTINAE et POLENSIS

(cum animabus 111,189):

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus

JOANNES BAPT. FLAPP,

Eques Austr.-Caes. Ord. Coronae ferreae II. Classis,
S. Theologiae Doctor etc.

Natus Cormontii in Archid. Goritiensi die 18. Aprilis 1845; Sacerdos ordinatus 19 Septembris 1868; Episcopus Parentino-Polensis suprema Resolutione die 28. Octobris 1884 designatus; die 13. Novembris 1884 a S. Sede confirmatus; Goritiae die 4. Januarii 1885 consecratus; die 15. Martii e. a. Sedis episcopalis Parentinae et 24. Maji Polensis solemnem possessionem adiit.

EPISCOPUS ECCL. TERGEST. et JUSTINOP.

(cum animabus 359.546):

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus

ANDREAS STERK,

Cruce aurea cum Corona pro meritis insignitus, etc.

Natus Voloscae die 28. Novembris 1827; Sacerdos ordinatus die 24. Septembris 1853; Episcopus Veglensis suprema Resolutione de die 26. Januarii 1894 designatus, die 18. Maji a S. Sede confirmatus; Tergesti die 24. Junii consecratus, die 26. Augusti solemnem possessionem Sedis episcopalis adiit. — Resolutione suprema die 1. Junii 1896 pro Sede episc. Terg. et Just. designatus, die 25. Junii 1896 a S. Sede confirmatus, 8. Septembris Sedis episcopalis Tergest. et 18. Octobris Justinop. solemnem possessionem adiit.

EPISCOPUS ECCLESIAE VEGLENSIS
(cum animabus 55.709):

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus

ANTONIUS MAHNIČ,

S. Theologiae Doctor etc.

Natus in Kobdil Archid. Goritiensis 14. Septembris 1850; Sacerdos ordinatus die 30. Augusti 1874; Episcopus Veglensis suprema Resolutione de die 22. Novembris 1896 designatus, die 3. Decembris 1896 praeconizatus, consecratus Goritiae die 7. Februarii 1897, die 26. Martii e. a. solemnen Sedis episcopalis possessionem adiit.

PRINCEPS-EPISCOPUS ECCL. LABACENSIS
(cum animabus 594.366):

Celsissimus et Reverendissimus Dominus

ANTON. BONAV. JEGLIČ,

S. Theologiae Doctor etc.

Natus in Begunje die 29. Maii 1850; Sacerdos ordinatus die 27. Julii 1873, consecratus episcopus tit. Siuniensis die 12. Sept. 1897, Princeps-Episcopus Labacensis suprema Resolutione die 11. Februarii 1898 designatus, praeconizatus die 24. Martii, inthronizatus die 22. Maii 1898.

CAPITULUM TERESIANUM

ECCLESIAE METROPOLITANAE

Canonici effectivi et Protonotarii Apostolici ad instar participantium.

Praepositus mitratus.

P. T. D. **Andreas Jordan**, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Examinator prosynodalis, c. r. provinc. consilii scholastici membrum. n. 1845, o. 1868. (*Via Municipio 2.*)

(Patronus: Codelli L. B. de Fahnenfeld).

Decanus.

P. T. D. **Aloisius Tomsig**, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, consilii scholastici civit. Goritiensis membrum, Commissarius archieppalis pro examinibus cum magistris de tradenda doctrina christiana instituendis. n. 1847, o. 1869. (*Via Morelli 21.*)

(Patronus: Marchio de Montecuccoli).

Scholasticus.

vacat.

(Patronatus caesarei).

Canonici.

P. T. D. **Joannes Abram**, Sacerd. jub., consistorii archieppalis Consiliarius actualis, c. et r. Cappellanus aulicus. n. 1813, o. 1839. (*Piazza Duomo 10.*)

(Collationis liberae).

P. T. D. **Stephanus Kafol**, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Examinator prosynodalis. n. 1828, o. 1851. (*Via Dreossi 7.*)

(Patronatus caesarei).

P. T. D. **Antonius Zernitz**, Sacerd. jub., consistorii archieppalis Consiliarius actualis, n. 1826, o. 1849. (*Via Monache 14.*)

(Patronatus caesarei).

P. T. D. **Franciscus Sedej**, S. Theol. Doct., Can. Theol., consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Examinator prosynodalis, c. r. provinc. consilii scholastici membrum necnon Commissarius archieppalis pro examinibus cum magistris de doctrina christiana instituendis, c. et r. Capellanus aulicus, Paroch. Eccl. Metrop. et Decan. distr. Gorit. n. 1854, o. 1878. (*Via Duomo 2.*)

(Collationis liberae).

Canonici honorarii.

P. T. D. **Joannes Wolf**, Parochus ad s. Ignatii Goritiae. n. 1835, o. 1859. (*Via Signori 4.*)

P. T. D. **Mathias Kravanja**, Cubicularius S. S. ad hon., Cancellarius et consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Revisor rationum ecclesiastic. n. 1832. o. 1856. (*Via Ascoli 1.*)

P. T. D. **Martinus Milost**, Parochus ad SS. Viti et Modesti Goritiae. n. 1833, o. 1858. (*Piazzutta 26.*)

P. T. D. **Joannes Bapt. Trevisan**, Parochus et Decanus Gradiscae, Consil. Consist. ad hon., membrum c. r. cons. schol. districtualis, caes. austr. ord. Franc. Jos. Eques. n. 1847, o. 1871.

P. T. D. **Paulus Uředniček**, c. et r. Parochus Classis nav., S. S. Cubic., c. et r. Capellanus aulicus, hisp. Ord. «pro merito nav.» 3. Cl. insignitus, Cons. consist. ad hon. Dioec. Parentino-Polen. (*Extra statum.*)

Consistorium Archiepiscopale.

PRAESES.

Eminentissimus ac Rev.mus Princeps-Archiep.

Consiliarii Consistoriales effectivi.

P. T. D. Andreas **Jordan**, Praep. ut supra.
» » » Aloisius **Tomsig**, Decan. ut supra.
» » » Joannes **Abram**, Can. ut supra.
» » » Stephanus **Kafol**, Can. ut supra.
» » » Franciscus **Sedej**, Can. ut supra.
» » » Godofredus **Marschall**, Scholastic. Cap. Metr. Vien., Protonot. apost., Praep. inf. Ss. Salv., c. et r. Capellanus aul., S. Theol. Doct. etc.
P. T. D. Mathias **Kravanja**, Can. honor. ut supra.
» » » Josephus **Gabrievčič**, S. Theol. Doct. ut infra.
P. T. D. Dominicus **Alpi**, Profess. Theol. mor. ut infra.

Cancellaria Archiepiscopalis.

Director.

vacat.

Cancellarius.

P. T. D. Mathias **Kravanja**, Canonicus honor. ut supra.

Secretarius.

D. Alexander **Zamparo**, Capellanus Archieppalis. n. 1865, o. 1888. (*Via Arcivescovado 2.*)

Cancellista.

P. Severinus **Fabiani**, Praef. Sem. Andrean. ut infra.

Duo Cursores.

Capellanus Archieppalis.

D. Alexander **Zamparo**, Secretar. cancellariae archieppalis ut supra.

Examinatores prosynodales.

(Die 23. Novembr. 1899 ad trienn. electi.)

P. T. D. Andreas **Jordan**, Praep. ut supra.
» » » Franciscus **Sedej**, Can. ut supra.
» » » Stephanus **Kafol**, Can. ut supra.
» » » Josephus **Gabrievčič**, Prof. ut infra.
» » » Dominicus **Alpi**, Prof. ut infra.

Cl. D. Aloisius **Faidutti**, Prof. ut infra.
» » Josephus **Pavlica**, Prof. ut infra.
» » Franciscus **Žigon**, ut infra.

Consiliarii Consistorii Archieppalis ad honores.

P. T. D. Andreas **Brezovščik**, Par. in Reifenb.
» » » Antonius **Cibič**, Decanus Černicae.
» » » Joannes **Filipič**, Decanus Lucinici.
» » » Antonius **Hvalica**, Decanus ad S. Petri.
» » » Franciscus **Ilovar**, Decanus Ampletii.
» » « Josephus **Krageli**, Decanus Tulmini.
» » » Joannes **Lukežič**, Decanus Komeni.
» » » Joannes **Mantoessi**, Dec. Montisfalc.
» » » Georgius **Peternel**, Decanus Caporetti.
» » » Ferdinandus **De Posarelli**, Dec. Visci.
» » » Josephus **Skočir**, Decanus Duini.
» » » Joannes **Trevisan**, Can. honor., Decanus Gradiscae.
P. T. D. Adam **Zanetti**, Decanus Flumicelli.
» » » Carolus **Zurmann**, Decanus Cormontii.

Studium Theologicum

in Archiepiscopali Clericorum Seminario centr. Litoralis.

Director studii Theologici.

Eminentissimus ac Rev.mus Princeps Archiep.

Vice-Director studii Theologici.

P. T. D. Josephus **Gabrievčič**, S. Theol. Doct., consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Examinator prosynodalis, Professor Hist. eccl. et Jur. can., Cubicularius S. S. supernum., Director Sem. centralis, Commissarius archieppalis penes c. r. Gymn. necnon penes scholam real. n. 1840, o. 1863. (*Via Seminario 7.*)

Professores.

P. T. D. Josephus **Gabrievčič**, Ss. Theol. Doct., ut supra.

P. T. D. Dominicus **Alpi**, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Examinator prosynodalis, Prof. Theol. Mor., Cubicularius S. S. ad hon., Cruce «pro Ecclesia et Pontifice» insignitus. n. 1845, o. 1868. (*Via Monache 4.*)

Cl. D. Antonius **Gregorčič**, S. Theol. Doctor, Prof. Theol. Fundament. et Dogm., Deputatus ad consil. imp. et comitia provinc. n. 1852, o. 1875. (*Via della Croce 4, II. p.*)

R. D. Thomas **Čerin**, Prof. Theologiae Pastoral. n. 1846, o. 1875. (*Via Seminario 22.*)

Cl. D. Aloisius **Faidutti**, S. Theol. Doct., Examinator prosynodalis, Prof. Stud. Bibl. V. F. et Philos. n. 1861, o. 1884. (*Via Seminario 18.*)

Cl. D. Josephus **Pavlica**, Sacr. canon. Doct., Examinator prosynodalis, Prof. Stud. Bibl. N. F. necnon Supplens Catech. et Paedagog. n. 1861, o. 1885. (*Via Caserma 13*)

Cl. D. Franciscus **Žigon**, Theol. Doct., Examinator prosynodalis, Prof. suppl. Theol. Fundament. et Dogm., Praef. Stud. et Biblioth. in Sem. centr. n. 1863, o. 1887. (*Via Seminario 7.*)

Seminarium Theologicum Centrale

— CAROLINUM —

Pro Archidioecesi Goritiensi et pro Dioecesibus Litoralibus.

(*Via Seminario 7.*)

Director.

P. T. D. Josephus **Gabrievčič**, Ss. Theol. Doct., ut supra.

Director Spiritualis.

Cl. D. Jacobus **Brumat**, Ss. Theol. Doct., n. 1864, o. 1888. (*Via Seminario 7.*)

Vice-Director et Oeconomus.

Vacat. — (Negotia interim expedit Cl. D. Franciscus **Žigon**, S. Theol. Doct. ut supra.)

Praefectus Studiorum et Bibliothecarius.

Cl. D. Franciscus **Žigon**, S. Theologiae Doct. ut supra.

Alumni pro Archidioecesi Goritiensi . . . 35
» » Dioecesi Tergestino-Justinopol. 25
» » » Parentino-Polensi . . 14
» » » Veglensi 14

(Eorum nomina infra post Sacerdotes Curatos exibebuntur).

Seminarium Puerorum

— ANDREANUM —

Unitum cum Werdembergico.

(*Via del Cristo 2.*)

Director.

D. Franciscus **Castelliz**, Professor ut infra.

Praefecti.

P. Severinus **Fabiani**, O. S. Fr., Catecheta supplens et Exortator in c. r. Gymn. inf., Cancellista Archieppalis. n. 1866, o. 1889.

D. Franciscus **Setničar**. n. 1875, o. 1898.

» Valentinus *Pirec*, Stud. Theol. in Seminario Centrali.

(Alumnorum nomina infra post S. Theologiae Studiosos exhibebuntur).

Sacerdotes institutioni publicae in civit. Goritien. addicti.

In c. r. Gymnasio sup.

D. Franciscus **Cleri**, Professor Relig. et Exhortator. n. 1862, o. 1884. (*Via Rastello 19.*)

P. Severinus **Fabiani**, O. S. Fr. ut supra.

In c. r. Schola Reali sup.

Cl. D. Hilarius **Zorn**, S. Theol. Doct., Prof. Relig. et Exhortator, Commissarius archieppalis pro examinibus, cum magistris de tradenda doctrina christiana instituendis. n. 1847, o. 1872. (*Via Cipressi 2.*)

In c. r. Paedagogio feminili.

D. Franciscus **Castelliz,** Professor Relig. Director Sem. pueror., insignitus Cruce «pro Eccl. et Pont.» n. 1862, o. 1884. (*Via del Cristo 2.*)

In Provinciali Instituto Surdomutorum.

D. Fridericus **Lenardig**, Director et Catecheta. n. 1847, o. 1873. (*Via Seminario 26.*)

In Scholis popularibus.

A. *In publicis.*

1. In c. r. Scholis exercitat. paedagog., alia pro pueris, pro puellis alia:

D. Andreas **Tabaj**, n. 1862, o. 1886. (*S. Rocco 8.*)

14. **Michael Logue,** natus in Raphoe 1. Oct. 1840, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*S. Mariae de Pace*), Archiepiscopus Armacan.

15. **Claudius Vaszary,** O. S. B., natus in Keszthely (D. Veszprimiensis) 12. Febr. 1832, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*SS. Silvestri et Martini*), Archiepiscopus Strigoniensis.

16. **Herbertus Vaughan,** natus in Gloucester (D. Cliftoniensis) 15. Apr. 1832, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*SS. Andreae et Gregorii in monte Coelio*), Archiepiscopus Westmonasteriensis.

17. **Georgius Kopp,** natus in Duderstadt (D. Hildesheim.) 27. Julii 1837, Cardinalis 16. Januarii 1893. (*S. Agnetis extra muros*), Princeps-Episcopus Vratislaviensis.

18. **Adolphus Ludovicus Albertus Perraud,** C. Orat., natus Lugduni 7. Febr. 1828, Cardinalis in petto 16. Jan. 1893. publicatus 29. Nov. 1895. (*S. Petri in vinculis*), Episcopus Augustodunensis.

19. **Victor Lucianus Sulpicius Lécot,** natus in Montscout-Lizerolles (D. Suessionen.) 8. Jan. 1831, Cardinalis 12. Junii 1893. (*S. Pudentianae*), Archiepiscopus Burdigalensis.

20. **Laurentius Schlauch,** natus in Uj - Arad (D. Csanad.) 27. Martii 1824, Cardinalis 12. Junii 1893. (*S. Hieronymi Slavor*), Episcopus Magno - Varadinen. Latinorum.

21. *Josephus Sarto,* natus in Riese (D. Tarvisin.) 2. Junii 1835, Cardinalis 12. Junii 1893. (*S Bernardi ad Thermas*), Patriarcha Venetiarum.

22. *Ciriacus Maria Sancha y Hervas,* natus in Quintana del Pidio (D. Oxomen.) 17. Junii 1833, Cardinalis 18. Maii 1894. (*S. Petri in Montorio*), Archiepiscopus Toletanus.

23. *Dominicus Svampa,* natus in Montegranaro (D. Firman.) 13. Junii 1851, Cardinalis 18. Maii 1894. (*S. Onofrii*), Archiepiscopus Bononiensis.

24. *Andreas Ferrari,* natus in Pratopiano (D. Parmen.) 13. Augusti 1850, Cardinalis 18. Maii 1894. (*S. Anastasiae*), Archiepiscopus Mediolanensis.

25. *Franciscus Satolli,* natus in Marsciano (D. Perus.) 21. Julii 1839, Cardinalis 29. Nov. 1895. (*S. Mariae in Ara Coeli*).

26. *Hieronymus Maria Gotti,* Ord. Carmel., natus Genuae 29. Martii 1834, Cardinalis 29. Nov. 1895. (*S. Mariae della Scala*).

27. *Salvator Casanas y Pagés,* natus Barcinonae 5. Sept. 1834, Cardinalis 29. Novembris 1895. (*SS. Quirici et Julittae*), Episcopus Barcinonensis.

28. *Achilles Manara,* natus Bononiae 20. Nov. 1829, Cardinalis 29. Nov. 1895. (*S. Pancratii*), Episcopus Anconitanus et Humanus.

29. *Dominicus Ferrata,* natus in Gradoli (D. Montefiascone) 4. Martii 1847, Cardinalis 22. Junii 1896. (*S. Priscae*).

30. *Seraphinus Cretoni,* natus in Soriano (D. Hortan.) 4. Sept. 1833, Cardinalis 22. Junii 1896. (*S. Mariae sopra Minerva*).

31. *Josephus Prisco,* natus in Boscotrecase (D. Neapolitan.) 8. Sept. 1836, Cardinalis 30. Novembris 1896. (*S. Xisti*), Archiepiscopus Neapolitanus.

32. *Josephus Maria Martin de Herrera y de la Iglesia,* natus in Aldeadàvila de la Ribera (D. Salamantin.) 26. Aug. 1835, Cardinalis 19. Apr. 1897. (*S. Mariae in Transpontina*), Archiepiscopus Compostellan.

33. ***Petrus Hercules Coullié,*** natus Parisiis 14. Martii 1829, Cardinalis 19. Aprilis 1897. (*Ss. Trinitatis in Monte Pincio*), Archiepiscopus Lugdunen.

34. ***Josephus Guilielmus Labouré,*** natus in Achiet-le-Petit (D. Átrebaten.) 27. Oct. 1841, Cardinalis 19. Aprilis 1897. (*S. Mariae Novae et S. Franciscae in Foro Romano*), Archiepiscopus Rhedonen.

35. ***Joannes Bapt. Casali del Drago,*** natus Romae 30. Januarii 1838, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Mariae de Victoria*).

36. ***Franciscus de Paula Cassetta,*** natus Romae 12. Augusti 1841. Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Chrysogoni*).

37. ***Alexander Sanminiatelli-Zabarella,*** natus in Radicondoli (D. Volaterran.) 4. Aug. 1840, Cardinalis in petto 19. Junii 1899, publicatus 15. Aprilis 1901. (*Ss. Marcellini et Petri*).

38. ***Januarius Portanova,*** natus Neapoli 11. Octobris 1845, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Clementis*), Archiepiscopus Rheginensis.

39. ***Josephus Francica Nava di Bontifè,*** natus Cataniae 23. Julii 1846, Cardinalis 19. Junii 1899. (*Ss. Joann. et Pauli*), Archiepiscopus Cataniensis.

40. ***Franciscus Desideratus Mathieu,*** natus in Einville (D. Nancy) 28. Maii 1839, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Sabinae*).

41. ***Petrus Respighi,*** natus Bononiae 22. Septembris 1843, Cardinalis 19. Junii 1899. (*SS. Quatuor Coronatorum*), Vic. gen. S. S.

42. ***Augustinus Richelmy,*** natus Taurini 29. Novembris 1850, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Eusebii*), Archiepiscopus Taurinensis.

43. ***Jacobus Missia,*** natus ad S. Crucis prope Luttenberg (D. Lavant.) 30. Junii 1838, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Stephani in Monte Coelio*), Princeps-Archiepiscopus Goritiensis.

44. ***Sebastianus Martinelli,*** Ord. Eremit. S. Aug., natus in Lucca 20. Aug. 1848, Cardinalis 15. Aprilis 1901.

45. *Casimirus Gennari,* natus in Maratea (D. Policastro - Bussentina) 27. Dec. 1839, Cardinalis 15. Aprilis 1901. (*S. Marcelli*).

46. *Leo Skrbensky de Hriště,* natus in Hausdorf (D. Olomuc.) 12. Junii 1863, Cardinalis 15. Aprilis 1901, Archiepiscopus Pragensis.

47. *Julius Boschi,* natus Perusiae 2. Martii 1838, Cardinalis 15. Aprilis 1901. (*S. Laurentii in Panisperna*), Archiepiscopus Ferrariensis.

48. *Augustinus Riboldi,* natus in Padernò (D. Mediolan.) 18. Febr. 1839, Cardinalis 15. Aprilis 1901. (*Ss. Nerei et Achillei*), Archiepiscopus Ravennatensis.

49. *Joannes Kniaz de Kozielsko Puzyna,* natus in Gwozdziec (D. Leopolit. r. l.) 13. Sept. 1842, Cardinalis 15. Aprilis 1901. Episcopus Cracoviensis.

50. *Bartholomaeus Bacilieri,* natus in Breonio (D. Veronensis) 27. Martii 1842, Cardinalis 15. Aprilis 1901. (*S. Bartholomaei in Insula*), Episcopus Veronensis.

III.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinales Diaconi.

1. *Aloisius Macchi,* natus Viterbii 3. Martii 1832, Cardinalis 11. Febr. 1889. (*S. Mariae in via lata*).

2. *Andreas Steinhuber,* e Societate Jesu, natus in Utlau (D. Passaviensis) 11. Nov. 1825, Cardinalis in petto 16. Januarii 1893, publicatus 18. Maii 1894. (*S. Agathae in Suburra*).

3. *Franciscus Segna,* natus in Poggio Ginolfo (D. Tiburtin.) 31. Aug. 1836, Cardinalis 18. Maii 1894. (*S. Mariae in Porticu*).

4. **Raphael Pierotti,** Ord Praed., natus in Sorbano del Vescovo (D. Lucan.) 1. Januarii 1836, Cardinalis 30. Nov. 1896. (*Ss. Cosmae et Damiani*).

6. **Franciscus Sal. Della Volpe,** natus Ravennae 24. Dec. 1844, Cardinalis in petto 19. Junii 1899, publicatus 15. Aprilis 1901. (*S. Mariae in Aquiro*).

7. **Josephus Calasanctius Vives y Tuto,** Ord. Capucin., natus ad S. Andreae de Llevaneras (D. Barcinonen.) 15. Februarii 1854, Cardinalis 19. Junii 1899. (*S. Adriani in Foro Romano*).

8. **Aloisius Tripepi,** natus in Cardeto (D. Rhegin. in Cal.) 21. Junii 1836, Cardinalis 15. Aprilis 1901. (*S. Mariae in Domnica*).

9. **Felix Cavagnis,** natus in Bordogna (D. Bergom.) 13. Jan. 1841, Cardinalis 15. Aprilis 1901. (*S. Mariae ad Martyres*).

Conspectus Hierarchiae Catholicae

qualis fuit 16. Decembris 1899.

I. Summus Pontifex.

II. Sacrum Collegium:

Sedes Suburbicariae 6
Ecclesiae Titulares 53
Diaconiae 16

III. Sedes Patriarchales:

Ritus Latini 8
Rituum Orientalium 6

IV. Sedes Archiepiscopales:

Ritus Latini:

S. Sedi immediate subjectae . . . . , . 19
Cum Provinciis ecclesiasticis 157

Rituum Orientalium:

I. Cum Provinciis ecclesiasticis:

Ritus Armeni 1
Ritus Graeco - Rumeni 1
Ritus Graeco - Rutheni 1

2. Patriarchatibus subjectae:

Ritus Armeni	2
Ritus Graeco-Melchitici	3
Ritus Syriaci	3
Ritus Syro-Chaldaici	2
Ritus Syro-Maronitici	6

V. Sedes Episcopales:

Ritus Latini:

S. Sedi immediate subjectae	84
Suffraganeae in Provinciis eccl.	645

Rituum Orientalium:

1. S. Sedi immediate subjectae:

Ritus Graeco-Rutheni	1

2. Suffraganeae in Provinciis eccl.:

Ritus Graeco-Rumeni	3
Ritus Graeco-Rutheni	6

3. Patriarchatibus subjectae:

Ritus Armeni	15
Ritus Coptici	2
Ritus Graeco-Melchitici	9
Ritus Syriaci	5
Ritus Syro-Chaldaici	9
Ritus Syro-Maronitici	2

Vi. Sedes Nullius Dioeceseos:

Archi-Abbatiae et Abbatiae	14

Archipresbyteratus	1
Prioratus	1
Praelaturae	2

VII. S. Congr. pro negot. eccl. extraord. subsunt:

Vicariatus Apostolici . . . . , ...	7

VIII. S. Congr. de Propag. Fide subsunt:

Delegationes Apostolicae	9
Vicariatus Apostolici	130
Praefecturae Apostolicae	57

Archidioecesis Goritiensis.

Summarius Conspectus historicus.

Archidioecesis Goritiensis olim ad Patriarchatum Aquilejensem pertinebat.

Cujus Patriarchatus initia ad ipsa Apostolorum tempora pertingunt. Primus enim, qui Aquilejensibus S. Evangelium praedicabat, S. Marcus Ev. fuit, qui jubente S. Petro Ap. circa an. 45. post Chr. n. eo se contulit et S. Hermagoram post se Episcopum reliquit (*circa an. 48.*).

Sanctus porro Hermagoras circa an. 70. glorioso martyrio coronatus est.

Ejus successor S. Hilarius (Helarus) fuit, qui in fine 1.i saeculi vixisse dicitur. (Alii tamen S. Hilarium die demum 16. Martii 285. martyrio occubuisse volunt.)

Decursu saec. 4. Episcopos Aquilejenses jam Metropolitana dignitate fulgere videmus. Quibus postea, quum Gothi Italiae dominarentur, Patriarcharum titulus accessit.

Variae variis temporibus Patriarchatus Aquilejensis Sedes suffraganeae recensentur. In «Notitia» sub Papa Joann. XXII. confecta hae referuntur: «Mantuana, Cumana, Tridentina, Veronensis, Paduana, Vicentina, Tarvisana, Concordiensis, Cenetensis, Feltrensis, Belunensis, Polanensis vel Polensis, Parentina, Triestina vel Trigestina, Comaclensis vel Petensis, Capitis Istriae vel Justinopolitana, Marianensis, Civitatis Novae vel Emonensis».

Inter Praesules Aquilejenses praeter SS. Hermagoram et Hilarium eminent: S. Valerianus († *circa 389*), qui synodo 3. Sept. 381. celebrata Arianorum errores profligavit; dein S. Chromatius († *407*), pietate aeque ac doctrina insignis, doctissimisque illius temporis viris, in quibus S. Hieronymo, S. Ambrosio, et S. Chrysostomo conjunctissimus; S. Nicetas († *485*), pastoralis sollicitudinis, prudentiae et sapientiae laude praecellens; S. Paulinus († *802*), qui contra Adoptianorum errores strenue decertavit et pro sanctae fidei presertim per Carinthiam et Styriam propagatione plurimum laboravit; Beatus tandem Bertrandus († *1350*), Ecclesiae suae jurium invictus defensor, Beatissimaeque Virginis Mariae cultor eximius.

Sed si Ecclesia Aquilejensis gaudebat Praesulibus sanctis, dolebat inde a medio saec. 6. usque ad initium 8. etiam schismaticis, quum se illius temporis Patriarchae ob controversiam de «Tribus capitulis» a communione Sedis Romanae separassent.

Quae separatio etiam alius separationis causa fuit. Quum enim Albuino, rege Longobardorum, Italia superiore potito (*circa 568*) Aquilejenses in insulam Gradum aufugissent et, qui anno 607 electus est Patriarcha Aquilejensis in dicta insula residens, communionem cum Sede Romana restituisset, Schismatici alium sibi in civitate Aquilejensi constituerunt Patriarcham. Quamquam porro in Synodo Aquilejensi an. 700.

celebrata etiam Patriarchae schismatici cum Sede Romana reconciliati sunt, nihilominus etiam in posterum duo Patriarchatus perstiterunt, alius in insula Grado, saec. 15. Venetias translatus, Aquilejae alius. Quod in summum hujus detrimentum cessit.

Saeculo 11. Patriarchae Aquilejenses etiam Principes saeculares facti sunt, civitate Aquilejensi cum suo territorio eorum dominationi tradita.

Eodem saeculo magna ecclesia cathedralis, quae hodie Aquilejae parochialis est, in honorem B. M. V. exstructa et die 13. Julii 1031. a Patriarcha Poppone consecrata est.

Caeterum Patriarchae, qui jam pridem saepius a sua Sede exulare cogebantur (e. g. Aquileja ab Hunnorum rege Attila an. 452. eversa), vastata iterum a Longobardis civitate (*590*) primum in insula Grado, sequentibus vero temporibus ob aëris insalubritatem aliasque causas magnam partem Cormoni (Cormons), a saec. 8.-13. Forojulii, postea vere Utini residebant. Quam civitatem, ab imperatore Ottone I. dono habitam, deinde, Aquileja terraemotu disjecta (*1348*), et sui Principatus saecularis et Metropoliae Sedem fecerunt.

Quam porro ab imperatoribus acceperant dominationem saecularem, inde a saec. 15. paulatim Venetis cedere debuerunt; civitas vero Aquilejensis terraeque ad eam spectantes, ultimo Comite Goritiensi defuncto (*1500*), simul cum Comitatu Goritiensi dominio domus Austriacae subjecta est. Quod infinitis per plus duo saecula rixis inter domum Austriacam ex una, Patriarchas Aquilejenses Venetiarumque Republicam ex altera parte occasionem dedit.

Quum enim Patriarcharum jurisdictio spiritualis per totum Comitatum Goritiensem, per totam fere Carniolam magnamque Carinthiae et Styriae partem

extenderetur, Veneti vero Sedem Patriarchalem quasi pro se occuparent, rationibusque politicis ducti solos sine interruptione Venetos Patriarchas creandos curarent, factum est, idque pariter ex rationibus politicis, ut Patriarchae ab exercitio suae jurisdictionis in terris Austriacis paulatim omnino prohiberentur. Quod, quamquam non deerant, qui jurisdictione sive a Patriarchis sive a S. Sede delegata rebus ecclesiasticis illis in regionibus providerent, tamen summas creare debuit difficultates.

Quibus difficultatibus ut efficaciter occurreretur, jam mox, ut Comitatus Goritiensis cum civitate Aquilejensi sub ditionem Austriacam venit, de erigendo Goritiae episcopatu cogitari coepit; imo sub Urbano Octavo etiam ab illius temporis Patriarcha Aquilejensi propositum fuit, eam Dioecesis partem, quae Austriacae ditioni subjecta erat, divellere ibique novum Episcopum Patriarchae suffraganeum constituere.

Ast quominus hoc ad effectum deduceretur, varia efficiebant impedimenta, imprimisque Veneti resistebant; quapropter hoc erigendi novi Episcopatus negotium quam diutissime suspensum et infectum remansit.

Creverunt tamen interim desideria dilata. Cujus rei testis inter alios est vir Goritiensis, Vitus Gullini, Parochus Hengspergensis (in dioec. Seccoviensi in Styria), qui in testamento suo omnia sua bona legaverat ad hoc, ut Goritiae episcopatus erigeretur; imprimis vero alius Goritiensis, Augustinus Lib. Bar. de Codelli, qui Imperatrici Mariae Teresiae octoginta millia florenorum in eundem finem obtulit palatiumque suum cum annexa capella publica et adjacente amplissimo horto pro futuri Episcopi Residentia destinavit. Quae fundatio diplomate caes. d. 8. Novembris 1747. confirmata est. Placet apponere

epitaphium hujus insignis Dioecesis Goritiensis benefactoris, prout legitur super ejus sepulcro in capella Archiepiscopali:

D. O. M.
HIC IACET
QUI MISERIME NATVS
IN JVVENTVTE
PAVPERIME EDVCATVS
IN AETATE
SVBLIME ELLEVATVS
IN MORTE
AD NIHILVM REDACTVS
A. C. D. F.[1]
OBYT LABACI
DIE XX. JVLLY
ANNO 1749.

Tum vero multo instantius Maria Teresia hoc maximi momenti negotium cum Summo Pontifice Benedicto XIV. tractandum suscepit. Qui litteris Apost. in forma Brevis, incip.: « *Omnium Ecclesiarum* » *dd. 29. Novembris 1749.*, ante omnia Vicarium Apostolicum in parte dioeceseos Aquilejensis domui Austriacae subjecta constituit, hujus rei causas fusius exponens in Allocutione habita in Consist. 1. Decembr. 1749. Deinde vero alio Brevi incip.: « *Postquam per alias nostras litteras* », *die 27. Jun. 1750.* dato, Carolum Michaelem e Comitibus ab Attems, Canonicum et Thesaurarium Ecclesiae Basileensis, dictum Vicarium Apostolicum deputavit, et, ut non solum actus jurisdictionis sed etiam ordinis exercere posset, die 15. August. 1750. etiam Episcopum Pergamenum i. p. inf. praeconizavit.

Quod tamen summum Venetorum odium in Pontificem excitavit, ita ut suum apud S. Sedem Legatum revocarent, Pontificis Nuntium Venetiis egredi juberent, et regum Galliae, Sardiniae, Borussiae et Angliae mediationem invocarent. Sed his omnibus non solum nihil

[1] Augustinus Codelli de Fahnenfeld.

effecerunt, sed imo a Francorum rege Ludovico XV. consilium acceperunt, litibus et discordiis Patriarchatus suppressione finem tandem faciendi. Quod consilium, postquam omnia in vanum cesserunt, secuti Pontifici pro dicta suppressione scripserunt.

Itaque Bened. XIV. Brevi incip. « *Injuncta nobis* » *d. 6. Jun. 1751.* Patriarchatum et Sedem Aquilejensem perpetuo suppressit et exstinxit, ejusque loco Archiepiscopatus Goritiensem et Utinensem erexit, omnia, quae ad Sedem Goritiensem spectant, accuratius definiens Bulla «*Sacrosanctae militantis Ecclesiae*» *d. 18. April. 1752.*

Secundum has Apostolicas dispositiones Archidioecesi Goritiensi attributum est, quidquid ex terris Austriacis prius ad Patriarchatum Aquilejensem pertinuerat.

Suffraganei vero Goritienses constituti sunt: Episcopus Tridentinus et Tergestinus, Petenensis et Comensis.

Primus Archiepiscopus nominatus est, qui hucusque Vicarium Apost. egerat, Carolus Michael Com. ab Attems. Suae Sedis possessionem die 30. Julii 1752. cepit.

Qui quantus fuerit in perfungendo per viginti duos annos sacro ministerio, testes sunt posteris: quadraginta et ultra nova beneficia curata in Archidioecesi eo sollicitante condita. Seminarium dioecesanum (Carolinum) in domo, 13 millibus florenorum empta, ab eo erectum, ecclesia in honorem S. Caroli Borom. ejus praecipue sumptibus penes dictum Seminarium exstructa, Mons pietatis, dioecesis saepius Evangelica solertia perlustrata, Synodus provincialis 1768. celebrata (licet illius Acta propter dissidia, inter Sacerdotium et Imperium desuper orta, publica luce donari non potuerint) et alia multa.

Quanti illum fecerit Imperatrix Maria Teresia, non tantum ex eo apparet, quod eum a Consiliis intimis

C. R. Majestatis nominavit, sed multo magis ex eo, quod, assumpto jam ad societatem imperii Josepho II., Archiepiscopum Attems die 7. Maii 1766. inter imperii Principes collocari jussit, et quidem ita, ut haec dignitas etiam ad ejus in Archiepiscopatu successores transire deberet. Obiit 18. Febr. 1774. et sepultus est in ecclesia Seminarii ab eo exstructa. Postea vero, dicta ecclesia per dispositiones Josephi II. profanata, ejus corpus inde elevatum et in ecclesiam Metropolitanam translatum est.

Primo Archiepiscopo successit Rudolphus Josephus Comes ab Edling, qui jam die 5. Febr. 1771. consecratus fuerat Episcopus Capharnai i. p. inf., et 27. Junii 1774. Archiepiscopus Goritiensis praeconizatus est.

Si quis alius, certe hic vir pietate, animarum zelo et Apostolica fortitudine eminet.

Qui, quum praeter Card. Migazzi, Archiepiscopum Viennensem, et Principem Eszterhazy, Primatem-Archiepiscopum Strigoniensem, unicus inter episcopos Austriacos sic dictum «Edictum tollerantiae» d. d. 13. Oct. 1781. publicare detrectasset, postquam 13. Martii 1782. Viennam ad se justificandum vocatus est, sequestratis 23. Martii 1784. ejus proventibus, die 10. Maii ejusdem anni Romam abire suoque Archiepiscopatu se abdicare coactus est. Abdicatione a Pio VI. tandem acceptata — priorem enim ejus resignationem, ex Imperatoris mandato jam an. 1783. datam, Pontifex Brevi 23. Nov. 1783. acceptare recusaverat — Romae vixit, unde tamen ex novo mandato Imperatoris sub finem mensis Martii 1787. iterum discedere et Laudem Pompejam (Lodi) in statibus Austriacis conferre se debuit. Hic ob vitae sanctimoniam et effusam in pauperes liberalitatem tam Clero quam populo acceptissimus erat, indeque bona sua, quae adhuc Goritiae propria possidebat, valoris circiter 8000 flor., Seminario dioecesano Goritiensi donavit. Mortuus est octogenarius in fama sanctitatis

die 8. Decembr. 1803. et sepultus in ecclesia S. Philippi Nerii Laude Pompeji.

Intra hoc tempus urgente Josepho II. (sub titulo scilicet concentrandarum magis dioecesium itaque efficacius promovendae religionis et animarum salutis) Bulla: «*In universa gregis Dominici cura*» *d. 8. Martii 1787.* suppressa fuit Archidioecesis Goritiensis et totaliter dismembrata, ita ut pars quidem ejusdem Episcopatui Seccoviensi, pars vero Gurcensi, pars item Lavantinae, exigua pars Brixinensi, pars autem maxima Labacensi, pars denique cum suppressis simul Episcopatibus Tergestino et Petenensi, qui tunc vacabat, Episcopatui Gradiscano proxime erigendo attributa et incorporata fuerit.

Episcopatus Gradiscanus proximo anno Bulla: «*Super specula militantis ecclesiae*» *d. d. 20. Aug. 1788.* erectus est et praeter dictos duos Episcopatus Comitatum Goritiensem et Gradiscanum, partes dioecesis Parentinae et Polensis, et tres Decanatus, tunc omnes Provinciae Carnioliae subjectos, nempe Vippacensem, Idriensem et Duinensem comprehendebat. (Ceterum Decanatus Idriensis, agente Praesule Labacensi, et favente Imperatore Josepho II., frustra sese opponente Episcopo Gradiscano, paulo post, anno scil. 1791-1792., a Dioecesi Gradiscana abreptus et Dioecesi Labacensi junctus est.)

Suppresso porro Archi-Episcopatu Goritiensi de erigendo novo cogitandum erat, et prae omnibus civitas Graecensis in Styria praeferenda videbatur, ut, ubi regimen centrale Austriae interioris esset, ibi esset etiam Archiepiscopatus. Respectivum decretum caesareum 20. Nov. 1783. datum est. Restitit tamen Archiepiscopus Salisburgensis, ad cujus dioecesin tunc civitas Graecensis pertinebat, unde factum est, ut instante imperatore a Pio PP. VI. (Bulla incip: «*In universa gregis Dominici cura*» *d. 8 Martii 1787.*) simul cum

suppressione Goritiensis, Sedes Labacensis ad Archiepiscopatum elevaretur, cui tamquam Sedi Metropolitanae unitus Episcopatus Segniensis et Modrussiensis necnon vigore supra cit. Bul. «*Super specula militantis ecclesiae*» Gradiscanus qua suffraganeus subjectus est. (Bulla: «*Ad supremum*» *d. 7. Sept. 1797.* etiam Sedes Tergestina, anno 1791 restituta, tanquam suffraganea Archiepiscopi Labacensis declarata est.)

Nova Dioecesis Gradiscana per aliquod tempus, usque ad diem scil. 27. Aprilis 1789., in Spiritualibus ab Archiepiscopo Labacensi mediante Vicario Metropolitano regebatur.

Die autem mox dicta Franciscus Philippus e Comitibus ab Inzaghi, Styrus Graecensis, e suppresso Episcopatu Tergestino (cui per 17 annos sapientissime praeerat) ad Episcopatum Gradiscanum translatus, in ejus possessionem Gradiscae solemniter introductus fuit. Quia vero domus pro Residentia Episcopali destinata necdum comparata erat, et aptae pro Canonicis et Chori Vicariis habitationes Gradiscae non inveniebantur, Canonici quidem Goritiam reversi sunt, Episcopus autem Tergestum, quod jam Dioecesi Gradiscana suberat, repetiit; unde usque ad an. 1792. Dioecesin Gradiscanam mediante suo Officio Episcopali, quod Goritiae consederat, gubernabat.

Urgebat quidem Josephus II. repetitis decretis, ut Episcopus cum Capitulo Gradiscam ad residendum repeteret; verum, quum Goritia Gradiscae pluribus ex titulis appareret praeferenda, haec eorum transmigratio semel atque iterum procrastinabatur. Interim vero 20. Febr. 1790. Josephus II. diem supremum clausit.

Josepho II. successit in imperio ejus frater Leopoldus II. Apud quem quum cives Tergestini vehementer instarent, ut proprius sibi iterum daretur Episcopus, novus Imperator votis eorum annuens cum Sede Apostolica egit, effecitque, ut ex Episcopatu

Gradiscano, paulo ante erecto, Tergestinus exscinderetur; quod factum est Pii VI. Bulla incip. «*Recti prudentisque consilii*» *d. 12. Sept. 1791.* Episcopatui Tergestino etiam suppressus pridem Episcopatus Petenensis incardinatus est. Eadem Bulla Sedes Gradiscana non suppressa quidem, utique vero ejus Cathedralitas unacum Episcopo et Capitulo Goritiam translata est, ita ut exinde Dioecesis ipsa *Goritiensis seu Gradiscana*, Episcopus item *Goritiensis seu Gradiscanus* fuerit nuncupandus.

In quorum executionem datus est Tergestinis Episcopus Sigismundus Comes de Hohenwarth, Goritiensibus vero Franciscus Philippus Comes ab Inzaghi, qui sui Episcopatus possessionem cepit die 12. Februarii 1792.

Sed dismembrationum Dioecesis Goritiensis nondum finis. Postquam enim Galli, anno 1806. ad finem vergente, Provinciam Goritiensem secundo invaserunt, atque anno sequente partem illius trans Sontium sitam regno Italiae adjunxerunt, etiam Dioecesis Goritiensis an. 1808. mense Augusto 27 Parochias trans Sontium sitas Archiepiscopatui Utinensi cedere debuit, loco earum Territorio Monfalconensi, quod Monarchiae Austriacae cessum est et quatuor habebat Parochias, Episcopatui Goritiensi unito.

Eodem tempore, anno scil. 1807., Metropolia Labacensis Bulla: «*Quaedam tenebrosa*» Pii PP. VII. *d. d. 18. Sept. 1807.* iterum suppressa et tum Sedes Labacensis tum Sedes ei hucusque suffraganeae Sedi Apostolicae immediate subjectae sunt.

In primo Archiepiscopo Goritiensi laudatum est, illum domum presbyteralem erexisse. Proh dolor! Dioecesi suppressa etiam ipsa fini suo subtracta et recipiendis militibus destinata est. Die tandem 8. Decembris 1818. primae destinationi suae restituta iterum est, quum interim, qui militiam clericalem sequi vellent, partim

in Seminario generali Graecensi, partim Viennae vel Klagenfurthi vel Labaci studiis Theologicis incumbere debuerint.

Restitutum tamen Seminarium ita est, ut abhinc Seminarium *centrale* pro toto Litorali esset, videlicet pro Dioecesi Goritiensi, Tergestino-Justinopolitana, Parentino-Polensi et Veglensi. Mirum hoc apparere debet eo, quod nullus tunc temporis nexus hierarchicus inter has Dioeceses existebat; proludebat tamen aliquo modo jam novo ordini, qui in fine tertii decennii hujus saeculi in hac parte statutus est.

Qui quidem novus Ordo in hoc constitit, ut Episcopatus Parentinus et Polensis unirentur (*1830*), itemque Justinopolitanus et Tergestinus (*1830*), cui ita unito praeterea suppressus Episcopatus Civitatis Novae (Cittanova) incardinatus est; ut porro supprimerentur Episcopatus Auxerensis (Ossero) et Arbensis et Sedi Veglensi attribuerentur (*1830*); ut tandem hae sedes ita ordinatae simul cum Episcopatu Labacensi Sedi Goritiensi, quae iterum ad dignitatem Archiepiscopalem evecta est (Bulla: «*In supereminenti Apostolicae dignitatis specula*» *d. d. 27. Aug. 1830*) tanquam suffraganeae subjicerentur. (Conf. de nova dioecesium Illiricar. divisione etiam Leon. XII. Bullam: «*Locum B. Petri*» *d. d. 30. Jun. 1828*).

Dolendum id unum, occasione restituti Archiepiscopatus Goritiensis iterum plures Parochias ab eo avulsas fuisse (Bulla: «*In supereminenti Apostolicae dignitatis specula*» Pii PP. VIII. *d. d. 27. Aug. 1830*). Occurrit menti imprimis Decanatus Vippacensis, qui, quamvis in Carniolia situs, tamen ex omni parte Goritiam potius spectat, quo versus vallis Vippacensis, contra reliquam Carnioliae partem undequaque montibus clausa, tota quanta aperta est.

Ceterum restituto Archiepiscopatu, Archiepiscopisque Metropolitis in «*Regno Illirico*» renuntiatis, non

simul restitutus est etiam titulus «Principis», qui ab Imperatrice Maria Teresia primo Archiepiscopo ejusque successoribus concessus erat. Eo titulo iterum insignitus est demum Archiepiscopus Franciscus Xav. Luschin, qui 9. Jan. 1835. designatus est Archiepiscopus Goritiensis; ex illoque tempore etiam ejus successores ita nominantur.

Ex sequentibus annis, missis aliis, id unum adhuc commemoretur, anno 1857. opitulante Imperatore Ferdinando I. ejusque Conjuge Maria Anna necnon Cleri dioecesani adminiculis a Principe-Archiepiscopo Andrea Gollmayr erectum fuisse etiam Seminarium puerorum (Andreanum), quod sicubi, certe in hac Dioecesi summae necessitatis est.

Sed haec hucusque. Dederit Deus, ut Dioecesis, brevi subsistentiae suae tempore tot tantasque perpessa vicissitudines et commutationes, incommutata semper ac uberrima perfrui mereatur SS. Cordis Jesu tutela atque benedictione!

Series Antistitum Aquilejensium et Goritiensium.

Series Antistitum Aquilejensium.

*Anni asterisco * notati certe determinari nequeunt.*

	Ab anno	Ad annum
1. **Episcopi.**		
1. S. Hermagoras, Germanus . . .	63*	—
2. S. Hilarius seu Helarus, Aquilejen.	—	90*
3. Chrysogonus I., Graecus . . .	—	—
4. Chrysogonus II., Graecus . . .	—	—
5. Agapitus	—	—
6. Theodorus	314	—
7. Benedictus	—	—
8. Fortunatianus, Afer	347	—
2. **Archiepiscopi.**		
9. S. Valerianus, Gallus	369*	389*
10. S. Chromatius, Aquilejensis . . .	389*	407*
11. Augustinus, Beneventanus . . .	407*	—
12. Adelphus seu Delfinus, Altinus .	434*	—
13. Maximus	—	—
14. Januarius, e Pola in Istria . . .	444	447
15. Secundus, Salicus	451	454*
16. S. Nicetas, Graecus	454	485
17. Marcellinus, Graecus	485*	—

		Ab anno	Ad annum
18. Marcellinus, Romanus		500*	515
19. Stephanus, Mediolanensis . . .		521*	—
20. Macedon us		529	—

3. Patriarchae.

Schismatici.	Orthodoxi.	Ab anno	Ad annum
21. Paulinus I., seu Paulus, Rom.	— — —	557	569
22. Probinus, Beneventanus .	— — —	569	571
23. Elias, Graecus	— — —	571	586
24. Severus, Ravennas . . .	— — —	586	607
Aquilejae.	*In Insula Grado.*	*(Schismatici.)*	
25. Joannes I., Aquilejensis . .	607 Candidianus, Ariminensis	607	—
26. Marcianus, Piranensis . .	612 Epiphanius, e Castro Umago in Istria	—	—
	613 Cyprianus, Polanus		
27. Fortunatus .	628 Primogenius, Aretin.	628	—
28. Felix . . .	648 Maximus, Dalmata	—	—
29. Joannes II. .		—	—
30. Joannes III. .	668 Stephanus, Parentinus	—	—
	673 Agatho, Justinopolitan.		
	685 Christoph., Polanus.		

	Ab anno	Ad annum
Orthod., Schism. sublato, Aquilejae.		
31. Petrus I., Polanus	698	711
32. Serenus	711	717
33. Calistus	717*	737*
34. Sigvaldus, Forojuliensis	762*	776
35. S. Paulinus II., Forojuliensis . .	776	802
36. Ursus I. qui et Urbanus	—	811*
37. Maxentius	811*	—
38. Andreas, Forojuliensis	—	847
39. Venantius, Italus	847*	850*
40. Teutimarus, Germanus	850*	871*
41. Lupo seu Lupus I.	871*	874*
42. Valpertus	875*	901*
43. Fridericus I.	901*	—
44. Leo, Forojuliensis	928	—
45. Ursus II.	931	—
46. Lupo seu Lupus II.	—	—
47. Hengelfredus, Germanus	—	—
48. Rodoaldus, Germanus	963	—
49. Joannes IV., Ravennas	984	—
50. Popo vel Wolfgangus, Germanus	1019	1042
51. Eberardus, Germanus	1042	1049
52. Goteboldus, Germanus	1049	—
53. Ravengerus s. Ravenger, German.	—	1068
54. Sigeardus e Comitibus de Pleien, Germanus	1068	1077
55. Henricus, Germanus	1077	1084
56. Fridericus II., Slavus	1084	1085
57. Udalricus I., e Ducibus Carinthiae, qui et Volricus, Voldaricus . .	1085	1122*
58. Gerardus, Forojuliensis	1122	1128
59. Peregrinus I., e Ducibus Carinth.	1132	1161
60. Udalricus II., e Comit. de Treven	1161	1182

	Ab anno	Ad annum
61. Gotefredus	1182	1195
62. Peregrinus II.	1195	1204
63. Volcherus de Laubrechtskirchen, Germanus	1204	1218
64. Bertoldus ab Andechs	1218	1251
65. Gregorius de Montelongo, Campanus	1251	1269
Sedes vacabat	1269	1273
66. Raimundus Turrianus, Mediolan.	1273	1299
67. Petrus II. Gera, Ferentinas . .	1299	1301
68. Ottobonus de Razzis, Placentinus	1302	1315
69. Gastonus Turrianus, Mediolanen.	1316	1318
70. Paganus Turrianus, Mediolanensis	1319	1332
Sedes vacabat	1332	1334
71. B. Bertrandus e Comitibus S. Genesii, Gallus	1334	1350
72. Nicolaus, Joannis Regis Bohemiae filius	1350	1358
73. Ludovicus Turrianus	1358	1365
74. Marquardus de Randeck, Augustanus	1365	1381
75. Philippus de Alençonio, Gallus .	1381	1387
76. Joannes V., e Marchionibus Moraviae	1387	1394
77. Antonius I. Cajetanus, Romanus	1395	1402
78. Antonius II. de Portogruaro — Antonius III. da Ponte, Venetus	1402	1408
79. Ludovicus II. Teckius, Hungarus	1408	1435
Sedes vacabat	1435	1439
80. Ludovicus III. Card. Scarampus Mediarota, Patavinus 1436. — Alexander e Ducibus Massoviae, Polonus	1439	1465
Sedes vacabat	1465*	1471

	Ab anno	Ad annum
81. Marcus I. Card. Barbus, Venetus	1471	1491
82. Hermolaus I. Barbarus, Venetus	1491	1493
83. Nicolaus II. Donatus, Venetus .	1493	1497
84. Dominicus Card. Grimanus, Venet.	1498	1517
85. Marinus Card. Grimanus, Venetus	1517	1546
86. Joannes VI. Grimanus, Venetus .	1546	1592
87. Franciscus Barbarus, Venetus .	1592	1616
88. Hermolaus II. Barbarus, Venetus	1616	1622
89. Antonius IV. Grimanus, Venetus	1622	1628
90. Augustinus II. Gradonicus, Venet.	1628	1629
91. Marcus II. Gradonicus, Venetus .	1629	1656
92. Hieronymus Gradonicus, Venetus	1656	1657
93. Joannes II. Card. Delfinus, Venet.	1657	1699
94. Dionysius Delfinus, Venetus . .	1699	1734
95. Daniel Card. Delfinus, Venetus .	1734	1751

Series Antistitum Goritiensium.

	Ab anno	Ad annum
I. Archiepiscopi S. R. I. Principes.		
1. Carolus Michaël e Comit. ab Attems, Goritiensis	1752	1774
2. Rudolphus Josephus e Comit. ab Edling, Goritiensis	1774	1784
	(obiit	1803)
II. Episcopi Goritienses seu Gradiscani.		
3. Franciscus Philipp. e Comit. ab Inzaghi, Styrus (1788-1792 Episcopus Gradiscanus)	1792	1816
4. Josephus Walland, Carniolus . .	1819	1830
III. Archiepiscopi Metropolitae in regno Illyrico.		
Josephus Walland, qui supra . .	1830	1834
(*Princeps-Archiepiscopi.*)		
5. Franciscus Xaverius Luschin, Carinthius	1835	1854
6. Andreas Gollmayr, Carniolus . .	1855	1883
7. Alosius Zorn, Goritiensis . . .	1883	1897
8. Jacobus Card. Missia, Styrus . .	1898	1902

VICARIUS CAPITULARIS SEDE VACANTE:

ILLUSTRISSIMUS AC REVERENDISSIMUS
DOMINUS DOMINUS

ANDREAS JORDAN

PRAEPOSITUS CAPITULI METROPOLITANI GORITIENSIS,
PROTONOTARIUS APOSTOLICUS AD I. P.
ETC. ETC. ETC.

EPISCOPI SUFFRAGANEI
Metropoliae Goritiensis.

Episcopus Ecclesiae Parentinae et Polensis

(cum animabus 114.939):

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus

Joannes Baptista Flapp,

Praelatus domesticus S. S., Pontificio Solio Assistens,
Comes Romanus,
Eques Austr. Caes. Ord. Coronae ferreae II. C.,
S. Theologiae Doctor etc.

Natus Cormontii in Archid. Goritiensi die 18. Aprilis 1845; Sacerdos ordinatus die 19. Septembris 1868; Episcopus Parentino-Polensis suprema Resolutione die 28. Octobris 1884 designatus; die 13. Novembris 1884 a S. Sede confirmatus; Goritiae die 4. Januarii 1885 consecratus; die 15. Martii e. a. Sedis episcopalis Parentinae et 24. Maii Polensis solemnem possessionem adiit.

Episcopus Ecclesiae Veglensis

(cum animabus 57 500):

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus

Antonius Mahnič,

S. Theologiae Doctor etc.

Natus in Kobdil Archid. Goritiensis 14. Septembris 1850; Sacerdos ordinatus die 30. Augusti 1874; Episcopus Veglensis suprema Resolutione die 22. Novembris 1896 designatus, die 3. Decembris 1896 praeconizatus, consecratus Goritiae die 7. Februarii 1897, die 26. Martii e. a. solemnem Sedis episcopalis possessionem adiit.

Princeps

Princeps-Episcopus Ecclesiae Labacensis

(cum anim. 590.356):

Celsissimus et Reverendissimus Dominus

Antonius Bonaventura Jeglič,

S. Theologiae Doctor etc.

Natus in Begunje die 29. Maii 1850; Sacerdos ordinatus die 27. Julii 1873, consecratus episcopus tit. Siuniensis die 12. Sept. 1897, Princeps-Episcopus Labacensis suprema Resolutione die 11. Februarii 1898 designatus, praeconizatus die 24. Martii, inthronizatus die 22. Maii 1898.

Ecclesia Tergestina et Justinopolitana

(cum animabus 382.257)

vacat.

Vicarius Capitularis S. V.:

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus

Franciscus Petronio,

Protonotarius Apostolicus ad instar participant.

Praepositus Capituli cathedralis.

1902

Capitulum Teresianum
Ecclesiae Metropolitanae.

Canonici effectivi et Protonotarii Apostolici ad instar participantium.

Praepositus mitratus.

P. T. D. **Andreas Jordan**, Praeses judicii ecclesiastici, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Examinator prosynodalis, c. r. provinc. consilii scholastici membrum. n. 1845, o. 1868. (*Via Municipio 2.*)
(Patronus: Codelli L. B. de Fahnenfeld).

Decanus.

P. T. D. **Aloisius Tomsig**, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Substitutus Praesidis judicii ecclesiastici, consilii scholastici civit. Goritiensis membrum, Commissarius archieppalis pro examinibus cum magistris de tradenda doctrina christiana instituendis, Inspector archieppalis pro scholis Italis in civit. Goritiensi. n. 1847, o. 1869. (*Piazza Duomo 10.*)
(Patronus: Marchio de Montecuccoli).

Scholasticus.

P. T. D. **Stephanus Kafol**, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Consiliarius judicii ecclesiastici, Examinator prosynodalis. n. 1828, o. 1851. (*Via Dreossi 7.*)
(Patronatus caesarei).

Canonici.

P. T. D. **Joannes Abram**, Sacerd. jub., consistorii archiep. Consiliarius actualis, c. et r. Capellanus aulicus, Senior dioeces. n. 1813, o. 1839. (*Piazza Duomo 10.*)
(Collationis liberae).

P. T. D. **Franciscus Sedej**, S. Theol. Doctor, Can. Theol., consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Promotor fiscalis, Examinator prosynodalis, c. r. provinc. consilii scholastici membrum necnon Commissarius archieppalis pro examinibus cum magistris de doctrina christiana instituendis, Inspector archieppalis pro scholis Slovenis et Germanicis in civit. Goritien., c. et r. Capellanus aulicus, Parochus Eccl. Metrop. et Decan. distr. Gorit. n. 1854, o. 1878. (*Via Duomo 2.*)
(Collationis liberae).

P. T. D. **Joannes Wolf**, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Consiliarius judicii ecclesiastici, insignitus Cruce «pro Eccl. et Pont.» n. 1835, o. 1859. (*Via Dreossi 7.*)
(Patronatus caesarei).

vacat Canonicatus (Patronatus caesarei).

Canonici honorarii.

P. T. D. **Mathias Kravanja**, Cubicularius S. S. ad hon., Director cancellariae archieppalis, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Consiliarius judicii ecclesiastici et Revisor rationum ecclesiastic. n. 1832, o. 1856. (*Via Ascoli 1.*)

P. T. D. **Joannes Bapt. Trevisan**, Parochus et Decanus Gradiscae, Consil. Consist. ad hon., membrum c. r. cons. scol. districtualis, caes. austr. ord. Franc. Jos. Eques. n. 1847, o. 1871.

P. T. D. **Josephus Gabrievčič**, S. Theol. Doct., consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Defensor matrimonii et professionis religiosae, Examinator prosynodalis, Professor Hist. eccl. et Jur. can., Cubic. S. S. supernum., Director Sem. centralis, Commissarius archieppalis penes c. r. Gymn. necnon penes scholam real. n. 1840, o. 1863. (*Via Seminario 7.*)

P. T. D. **Dominicus Alpi**, consistorii archieppalis Consiliarius actualis, Consiliarius judicii ecclesiastici, Examinator prosynodalis, Prof. Theol. Mor., Cubic. S. S. ad hon., Cruce aurea «pro Ecclesia et Pontifice» insignitus. n. 1845, o. 1868. (*Via Monache 4.*)

P. T. D. **Antonius Cibič**, Parochus et Decanus in Črniče, Consil. Consist. ad honor. n. 1832, o. 1858.

P. T. D. **Josephus Kragelj**, Parochus et Decanus Tulmini, Consil. Consist. ad hon., membrum c. r. consil. schol. districtualis, caes. austr. ord. Franc. Jos. Eques. n. 1845, o. 1868.

P. T. D. **Joannes Bapt. Rodaro**, Parochus in Grado. n. 1829, o. 1852.

Extra statum:

P. T. D. **Paulus Uředniček**, c. et r. Parochus Classis nav., S. S. Cubic., c. et r. Capellanus aulicus, caes. aust. ord. Franc. Jos. Eques, hisp. Ord. «pro merito nav.» 3. Cl. insignitus, Consil. Consist. ad hon. Dioec. Parentino-Polensis.

Consistorium Archiepiscopale.

PRAESES.

Ill.mus ac Rev.mus D. Ordinarius.

Consiliarii Consistoriales effectivi.

P. T. D. Andreas **Jordan**, Praep. ut supra.
» » » Aloisius **Tomsig**, Decan. ut supra.
» » » Stephanus **Kafol**, Scholast. ut supra.
» » » Joannes **Abram**, Can. ut supra.
» » » Franciscus **Sedej**, Can. ut supra.
» » » Joannes **Wolf**, Can. ut supra.
» » » Godofredus **Marschall**, Episc. auxil. Vindob., c. et r. Capellanus aul., S. Theol. Doct. etc.
P. T. D. Mathias **Kravanja**, Can. hon. ut supra.
» » » Josephus **Gabrievčič**, Can. hon., S. Theol. Doct. ut supra.
P. T. D. Dominicus **Alpi**, Can. hon., Profess. Theol. mor. ut supra.

Cancellaria Archiepiscopalis.

Director.

P. T. D. Mathias **Kravanja**, Can. hon. ut supra.

Cancellarius.

D. Alexander **Zamparo**, Notarius judicii ecclesiastici. n. 1865, o. 1888. (*Via Arcivescovado* 2.)

Secretarius.

D. Josephus **Ličan**, Capellanus Archieppalis. n. 1874, o. 1897. (*Via Arcivescovado* 2.)

Cancellista.

P. Severinus **Fabiani**, O. S. Fr., Catecheta supplens et Exhortator in c. r. Gymn. inf. n. 1866, o. 1899.

Duo Cursores.

Capellanus Archieppalis.

D. Josephus **Ličan**, Secret. cancell. archieppalis ut supra.

Judicium ecclesiasticum Dioecesanum et Metropoliticum

quoad matrimoniales et alias causas ecclesiasticas.

Praeses.

P. T. D. Andreas **Jordan**, Praepositus ut supra.

Substitutus.

P. T. D. Aloisius **Tomsig**, Decan. ut supra.

Defensor matrimonii et professionis religiosae.

P. T. D. D.r Josephus **Gabrievčič**, Can. hon. ut supra.

Procurator fiscalis.

P. T. D. D.r Franciscus **Sedej**, Can. ut supra.

Consiliarii.

P. T. D. Stephanus **Kafol**, Scholast. ut supra.
» » » Joannes **Wolf**, Can. ut supra.
» » » Mathias **Kravanja**, Can. hon. ut supra.
» » » Dominicus **Alpi**, Can. hon. ut supra.
Cl. D. D.r Josephus **Pavlica**, Professor ut infra.

Notarius (Actuarius).

D. Alexander **Zamparo**, Cancell. archiep. ut infra.

Examinatores Prosynodales.

(Die 23. Nov. 1899 ad trienn. electi.)

P. T. D. Andreas **Jordan**, Praep. ut supra.
» » » Stephanus **Kafol**, Can. ut supra.
» » » Franciscus **Sedej**, Can. ut supra.
» » » Josephus **Gabrievčič**, Can. hon. ut supra.
P. T. D. Dominicus **Alpi**, Can. honor. ut supra.
Cl. D. Aloisius **Faidutti**, Prof. ut infra.
» » Josephus **Pavlica**, Prof. ut infra.
» » Franciscus **Žigon**, Prof. ut infra.

Consiliarii Consistorii Archieppalis ad honores.

P. T. D. Andreas **Brezovščik**, Par. in Reifenberg.
» » » Antonius **Cibič**, Can. hon., Dec. Černicae.
» » » Joannes **Filipič**, Decanus Lucinici.
» » » Josephus **Kragelj**, Can. honor., Decanus Tulmini.
P. T. D. Joannes **Lukežič**, Decanus Komeni.
» » » Joannes **Mantoessi**, Dec. Montisfalc.
» » » Joannes **Murovec**, Decanus Circhinae.
» » » Josephus **Pavletič**, Decanus S. Petri.
» » » Josephus **Peteani**, Decanus Cormontii.
» » » Georgius **Peternel**, Decanus Caporetti.
» » » Ferdinandus **De Posarelli**, Dec. Visci.
» » » Josephus **Skočir**, Decanus Duini.
» » » Joannes **Trevisan**, Can. honor., Decanus Gradiscae.
P. T. D. Joannes **Vidmar**, Decanus Ampletii.

Studium Theologicum

in Archieppali Clericorum Seminario centr. Litoralis.

—◇◇—

Director studii Theologici.

Ill.mus et Rev.mus D. Vicarius Capitularis.

Vice-Director Studii Theologici.

P. T. D. Josephus **Gabrievčič**, Can. hon., ut supra.

Professores.

P. T. D. Josephus **Gabrievčič**, Can. hon., Professor Hist. eccl. et Jur. canon., ut supra.

P. T. D. Dominicus **Alpi**, Can. hon., Professor Theol. Mor., ut supra.

Cl. D. Antonius **Gregorčič**, S. Theol. Doctor, Professor Theol. Dogmat., Deputatus ad consil. imp. et comitia provinc., Eques Austr. Caes. Ord. Coronae ferreae III. Classis. n. 1852, o. 1875. (*Via della Croce 4, II. p.*)

Cl. D. Aloisius **Faidutti**, S. Theol. Doct., Examinator prosynodalis, Prof. Stud. Bibl. V. F., Deputatus ad comitia provinc., Caes. Austr. ord. Franc. Jos. Eques. n. 1861, o. 1884. (*Via Seminario 22.*)

Cl. D. Josephus **Pavlica**, Sacr. canon. Doctor, Examinator prosynodalis, Prof. Bibl. Stud. N. F. necnon Supplens Catech. et Paedagog. n. 1861, o. 1885. (*Via Caserma 13.*)

Cl. D. Franciscus **Žigon**, Theol. Doct., Examinator prosynodalis, Prof. Theol. Fundament. et Philosophiae. n. 1863, o. 1887. (*Via Seminario 7.*)

Cl. D. Jacobus **Brumat**, Ss. Theol. Doct., Prof. suppl. Theol. pastor., ut infra.

Cl. D. Joannes **Tarlao**, Ss. Theol. Doct., Prof. suppl. Theol. Dogm. specialis. Praef. Stud. et Biblioth. in Sem. centr. n. 1873. o. 1898. (*Via Seminario 7.*)

Seminarium Theologicum Centrale
CAROLINUM.

Pro Archidioecesi Goritiensi et pro Dioecesibus Litoralibus.

— (Via Seminario 7.) —

Director.

P. T. D. Josephus **Gabrievčič**, Ss. Theol. Doct., Can. hon., ut supra.

Director Spiritualis.

Cl. D. Jacobus **Brumat**, Ss. Theologiae Doct., suppl. Theol. pastoral. n. 1864, o. 1888. (*Via Seminario 7.*)

Vice-Director et Oeconomus.

D. Franciscus **Stepančič**, Curatus pens. donatus. n. 1832, o. 1859. (*Via Seminario 7.*)

Praefectus Studiorum et Bibliothecarius.

Cl. D. Joannes **Tarlao,** Ss. Theologiae Doctor, ut supra.

Alumni pro	Archidioecesi Goritiensi		. . .	23
» »	Dioecesi	Tergestino-Justinopol.		29
» »	»	Parentino-Polensi	.	10
» »	»	Veglensi	. . . . .	12

(Eorum nomina infra post Sacerdotes Curatos exhibebuntur.)

Seminarium Puerorum „Andreanum"

Unitum cum Werdembergico.

(Via del Cristo 2.)

Director.

D. Franciscus **Castelliz,** Professor ut infra.

Praefecti.

D. Isaias **Božič,** Stud. Theol. in Seminario centrali. n. 1878, o. 1901.

D. Romanus *Roman,* Stud. Theol. in Seminario centrali.

(Alumnorum nomina infra post S. Theologiae Studiosos exhibebuntur.)

Sacerdotes institutioni publicae

in civitate Goritiensi addicti.

In c. r. Gymnasio sup.

(*cum Cl. praeparator. Slov.*)

D. Franciscus **Cleri**, Professor Relig. et Exhortator. n. 1862, o. 1884. (*Via Rastello 19.*)

P. Severinus **Fabiani**, O. S. Fr., Catecheta supplens et Exhortator in c. r. Gymn. inf., ut supra.

In c. r. Schola Reali sup.

(*cum Cl. praeparator. Ital.*)

Cl. D. Hilarius **Zorn**, S. Theol. Doct., Professor Relig. et Exhortator, Commissarius archieppalis pro examinibus cum magistris de tradenda doctrina christiana instituendis. n. 1847, o. 1872. (*Via Morelli 2.*)

In c. r. Paedagogio feminili.

D. Franciscus **Castelliz**, Professor Relig., Director Seminarii pueror., insignitus Cruce «pro Eccl. et Pontifice». n. 1862, o. 1884. (*Via del Cristo 2.*)

In Provinciali Instituto Surdomutorum.

(*3 Cl. — Sect. Ital. et Slov.*)

D. Fridericus **Lenardig**, Director et Catecheta. n. 1847, o. 1873. (*Via Seminario 26.*)

In Provinciali Schola agraria.

(*Sect. Ital. — I Cl.*)

P. T. D. Dominicus **Alpi**, Can. honor. ut supra.

In Scholis popularibus.

A. *In publicis.*

1. In c. r. Scholis exercitat. paedagog.

a) pro pueris (4 Cl. — Sect. Ital. et Slov.)
D. Andreas **Tabaj**, n. 1862, o. 1886. (*Via S. Giovanni 5.*)

b) pro puellis (5 Cl.)
D. Franciscus **Castelliz**, ut supra.
» Andreas **Tabaj**, ut supra.

2. In Scholis communalibus.

I. pro pueris:

a) Schola pop. et civ. (8 Cl. — Via Edling.)
D. Eugenius **Volani**, n. 1872, o. 1896. (*S. Rocco 8.*)

b) Schola pop. (5 Cl. — Via Cappella.)
D. Eugenius **Volani**, ut supra.

c) Schola pop. (4 Cl. — Via Vogel.)
Cl. D. Carolus Equ. de **Baubela**, Parochus ut infra.

II. pro puellis:

a) Schola pop. et civ. (8 Cl. — Via S. Giovanni.)
D. Joannes **Nanut**, n. 1865, o. 1890. (*Via Morelli 4.*)

b) Schola pop. (5 Cl. — Via Codelli.)
D. Joannes **Nanut**, ut supra.

III.

a) Schola Sloven. mixta (4 Cl. — Via Scuola agraria.)
P. Hugolinus **Rak**, O. S. F. Cap., ut infra.

b) Schola Slovenica mixta cum cursu perfect. professional. (In Staragora.)
D. Antonius **Pahor**, Vicarius in Kronberg.

B. *In privatis.*

1. In Schola fem. Monialium S. Ursulae (7 Cl.)
P. T. D. Aloisius **Tomsig**, Decan. Capit. ut supra.

2. In Schola fem. Sororum scholast. de «Notre Dame» (8 Cl.)
P. T. D. Dominicus **Alpi**, Can. honor. ut supra.

3. In Schola mixta Soc. «Šolski Dom» (Via della Croce.)
D. Aloisius **Kovačič**, Coop. ut infra (in 7 Cl.)
Cl. D. Dr. Hilarius **Zorn**, (in Cl. praeparat. pro Scholis mediis.)

4. In Schola fem. *a*) perfect. professional. *b*) laborum fem. (Via della Croce — 2 Cl.)
Cl. D. Dr. Andreas **Pavlica**, Vicarius choralis, ut infra.

5. In Schola mixta Societ. «pro sustentanda schola Germanica» (Via Cappuccini — 5 Cl.)
P. Fortunatus **Hellweger**, O. Cap.

6. In Schola fem. Instituti Contavalle (In Castello — 2 Cl.)
P. Fortunatus **Hellweger**, ut supra.

7. In Schola Asyli fem. S. Josephi (1 Cl.).
P. T. D. Dominicus **Alpi**, Can. honor. ut supra.

Inspectio Scholarum.

I. PRO FORO ECCLESIASTICO.

I. Commissarius Archieppalis

quoad institutionem et exercitia religiosa in c. r. Gymnasio superiori et in c. r. Schola reali sup. Goritiae:

P. T. D. Josephus **Gabrievčič**, Can. honor. ut supra.

II. Commissarii et Inspectores Archieppales

pro scholis popularibus:

1. in civitate Goritiensi:

pro scholis Italis: P. T. D. Aloisius **Tomsig**, Decanus Capituli ut supra.

pro scholis Slovenicis et Germanicis: P. T. D. Franciscus **Sedej**, Can. ut supra.

2. in singulis districtibus decanalibus resp. D. Decanus.

3. in singulis Parochiis, Curatiis vel Vicariatibus, jam vi officii sui, resp. D. Parochus, Curatus aut Vicarius vel eorum vices gerens.

III. Commissarii Archieppales

